et brachia mea populos iudicabūt.
Me insule expectabunt:⁊ brachium
meū sustinebūt. Leuate oculos vr̄os
in celū:⁊ videte sub terra deorsum.
Quia celi sicut fum9 liq̄scēt/⁊ terra
sicut vestimētū atteretur:et habita:
tores ei9 sicut hec interibūt. Salus
autē mea in sempiternum erit:et iu:
stitia mea non deficiet. Audite me q̄
scitis iustū:populus meus/lex mea
in corde eorū. Nolite timere oppro
brium hominū:et blasphemias eo:
rum ne metuatis. Sicut enim ve:
stimentum sic comedet eos vermis:
et sicut lanam sic deuorabit eos ti:
nea. Salus autem mea: in genera:
tiones generationum. ¶Sequentia
sancti euangelii Secundū Mattheū.
In illo tēpore. Venit iohannes iij. A.
baptista:predicans in deserto
iudee et dicens. Penitentiam agite:
appropinquabit enim regnum celo:
rum. Hic est enim de quo dictum est
per esaiam prophetā:dicentē. Vox
clamantis in deserto/parate viam
domini:rectas facite semitas eius.
Ipse autem iohannes habebat vesti
mentum de pilis camelorū:et zonā
pelliceam circa lumbos suos. Esca
autem eius erat locusta:⁊ mel silue
stre. Tunc exibat ad eum hierosoly:
ma/et omnis iudea/et omnis regio
circa iordanem:et baptizabātur ab
eo in iordane confitentes pctā sua.
¶Si vero sexta feria non vacaue:
rit/predicta epistola et euangelium
omnino pretermittantur/et hoc per
totum aduentum/et a Domine ne
in ira. vsq; ad quinquagesimam/
et ab octaua pasche vsq; ad primam
dominicam ante ascensionem do:
mini obseruetur. A Deus omnium.
vero vsq; ad aduentum domini si
quarta vel quinta feria non vacaue
rit:tunc in sexta feria legantur Epi
stola et Euangelium de quarta fe:
ria si vacauerit sin autem / omni:
no pretermittantur. Nunq̄ enim
legantur epistola et euangelium/de
quarta feria in secūda feria/vel in
tercia feria:neq; epistola ⁊ euāgeliū
de sexta feria i quinta feria. Nō enī

debet seruitium anticipari secundũ vsum Sarũ. ¶ Dominica secunda aduentus. Ad missam. Officium.

Esaie xxx. g
Populus sion ecce dñs veniet ad saluãdas gẽtes: & auditã faciet dñs gloriã vocis sue i leticia cordis vestri. ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouẽ ioseph. Repetat officiũ. scz Popul9. Gloria. Or.

Excita domine corda nostra ad preparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi mẽtibus seruire mereamur. Qui tecũ viuit & regnat. Lectio ep'le beati pauli apostoli. Ad romanos.

xv. C
Fratres. Quecũq; scripta sũt: ad nostrã doctrinam scripta sunt. Ut per patientiã & cõsolationẽ scripturarũ: spẽ habeam9. De9 autẽ patiẽtie & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum scdm iesũ christum: vt vnanimes vno ore honorificetis deũ & patrẽ dñi nr̃i iesu xp̃i. Propter qđ suscipite inuicem: sicut et christ9 suscepit vos i honorẽ dei. Dico eñi xp̃m iesum ministrũ fuisse circumcisionis propter veritatẽ dei: ad cõfirmãdas pmissiões patrum. Gentes autem super mia honorare deum: sicut scriptum est. Propterea cõfitebor tibi in gentibus dñe: & nomini tuo cãtabo. Et iterũ dicit. Letamini gentes: cũ plebe eius. Et iterũ. Laudate oẽs gentes dñm: et magnificate eum omnes populi. Et rursũ esaias ait. Erit radix iesse: et q̃ exurget regere gentes: in eum gẽtes sperabunt. Deus autẽ spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: vt abundetis in spe: & virtute spũs sancti. Gr. Ex syon species decoris ei9 de9 noster manifeste veniet. ℣. Congregate illi scõs ei9/ q̃ ordinauerũt testamentum eius super sacrificia. Alleluya. ℣. Uirtutes celi mouebũtur/ et tunc videbunt filiũ hominis venientem in nubibus celi cũ potestate & maiestate magna. Sequẽtia.

Regnantẽ sempiterna/ p secla susceptura: cõcio deuota cõcrepa. Diuino sono factori reddẽdo debita. Cui iubilãt agmina celica: eius dulcu exhilarata. Quẽ expectãt oia terrea/ et9 nutu examinãda. Districtũ ad iudicia. Clementẽ in potẽtia. Tua nos salua xp̃e clemẽtia: pter quos passus es dira. Ac poli astra sublena nitida: qui sorde tergis secula. Influat salus vera effugans pericula. Omnia vt sint mũda tribue pacifica. Ut hic tua salui misericordia. Leti regna post adeamus supera. Quo regnas secula per infinita. Amen. ¶ Secundum lucam.

In illo tẽpore. Dixit ies9 discipulis suis. Erunt signa in sole/ & luna & stellis: & in terris pressura gẽtiũ/ pre ɔfusiõe sonit9 maris, & fluctuũ A rescentib9 hoibus pre timore & expectatione: q̃ superueniẽt vniuerso orbi. Nam virtutes celorũ mouebuntur: & tunc videbũt filium hominis venientẽ in nube/ cũ potestate magna et maiestate. His autẽ fieri incipientib9: respicite et leuate capita vestra / quoniam appropinquat redẽptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam et omnes arbores. Cũ producunt iam ex se fructum: scitis quoniam prope est estas. Ita et vos cũ videritis hec fieri: scitote quoniã prope est regnũ dei. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec / donec omnia fiant. Celum et terra trãsibunt: verba autẽ mea non transibunt. Offr. Deus autem cõuertens viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te: oste de nobis domine misericordiã tuã/ et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terram tuam/ auertisti captiuitatem iacob: remisisti iniquitatẽ plebis tue. ℣. Mia & veritas

xix. E
xi.

obuiauerūt sibi: veritas de terra orta est ⁊ iustitia de celo ꝓspexit. Secr.

Placare quesumus domine humilitatis nostre precibus ⁊ hostiis: et vbi nulla suppetunt suffragia meritorum/tuis nobis succurre presidiis. Per dominum. Prefatio quotidiana. Com. Hierusalem surge ⁊ sta in excelso/⁊ vide iocunditatē que veniet tibi a deo tuo. Postcommunio.

Refecti cibo potuque spiritualis alimonie supplices te domine deprecamur: vt huius participatione mysterii doceas nos terrena despicere: et amare celestia. Per dominum.

¶ Feria quarta ebdo. iii. aduentus Epistola. Lectio zacharie prophete.

viii A Hec dicit dominus deus exercituū. Reuersus sum ad sion: ⁊ habitabo in medio hierusalē. Et vocabitur hierusalem ciuitas veritatis: et mons domini exercituū/mons sanctificatus. Hec dicit dominus deus exercituum. Adhuc habitabunt senes: ⁊ anus in plateis hierusalē: ⁊ viri baculus in manu eius pre multitudine dierū. Et platee ciuitatis cōplebunt infantibus: ⁊ puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dominus exercituū. Si difficile videbitur in oculis reliquiarū populi huius in diebus illis (dicit dominus exercituū) nunquid in oculis meis difficile erit: dicit dominus exercituū. Ecce ego saluabo populū meum de terra orientis/⁊ de terra occasus solis: ⁊ adducā eos ⁊ habitabunt in medio hierusalem. Et erūt michi in populum: et ego ero eis in deum in veritate ⁊ in

xi. B iustitia. Dicit dominus omnipotens. Secūdum math.

In illo tempore. Dixit iesus turbis ⁊ discipulis suis. Amē dico vobis: inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum: maior est illo. A diebus autē iohannis baptiste vsque nunc regnū celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud. Omnes enim prophete et lex vsque ad iohānem prophetauerūt. Et si vultis recipere: ipse est helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat. ¶ Feria sexta. Epistola. Lectio esaie prophete.

Hec dicit dominus deus. Super muros hierusalem constitui custodes: tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini domini ne taceatis: et ne detis silentium ei donec stabiliat/et donec ponat hierusalem laudem in terra. Iurauit dominus in dextera sua: et in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis: ⁊ si biberint filii alienigene vinum tuum in quo laborasti. Quia qui congregabunt illud comedent et laudabunt dominum: ⁊ qui comportant illud bibent in atriis sanctis meis. Transite per portas/preparate viam populo/planum facite iter/et eligite lapides: et eleuate signum ad populos. Ecce dominus auditum fecit: in extremis terre. Dicite filie sion: ecce saluator tuus venit. Et ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a domino. Tu autem vocaberis quesita ciuitas: et nō derelicta. Euāgelium. ¶ Secundum Iohannem. lxii. c

In illo tempore. Iohannes testimonium perhibebat de domino: et clamabat dicens. Hic est quem dixi/qui post me vēturus est: ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: et graciam pro gratia. Quia lex per moysen data est: gratia et veritas per iesum christum facta est. Deum nemo vidit vnquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit. ¶ Dominica tercia aduentus domini. i B

¶ Ad missam. Officium.

Phil. iiij. A. Audete i dño semp:iterū dico gaudete / modestia vr̄a nota sit oīb⁹ hoīb⁹. dñs prope est/nichil solliciti sitis: sed i oñi oratione petitiones vestre innotescant apud deū. V. Et pax dei q̄ exuperat omnē sensum:custodiat corda vr̄a & intelligentias vestras. Oratio.

Aurem tuā q̄sum⁹ dñe p̄cibus nostris accōmoda: et mentis nostre tenebras/grā tue visitacōis illustra. Qui viuis. Ad corinthios.

j. iiij. A Fratres. Sic nos existimet homo vt ministros christi:et dispensatores ministerior dei. Hic iā queritur inter dispēsatores: vt fidelis quis inueniatur. Michi aūt pro minimo est vt a vobis iudicer / aut ab humano die: sed neq̄ meipsū iudico. Nichil eñ michi conscius sū: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autē iudicat me dñs est. Itaq̄ nolite ante tēp⁹ iudicare:quoadusq̄ veniat domin⁹/qui et illuminabit abscōdita tenebrarum/et manifestabit cōsilia cordiū. Et tūc laus erit vnicuiq̄ a deo. Gr. Qui sedes dñe super cherubin excita potentiā tuā & veni. V. Qui regis israel intēde:qui deducis velut ouem ioseph. Alla. V. Excita domine potentiam tuam et veni:vt saluos facias nos. Sequencia.

Qui regis scepera forti dextra solus cuncta. Tu plebi tua ostēde magnā excitādo potētiā. Presta illi dona salutaria. Quā p̄dixerunt pphetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra iesu veni dñice arua. Secundum Matheū.

xi. A In illo tempore. Cum audisset iohānes in vinculis opera xp̄i: mittens duos de discipulis suis/ait illi. Tu es qui venturus es:an aliū expectamus. Et respondens iesus ait illis. Euntes renūciate iohanni que audistis & vidistis. Ceci vident/ claudi ambulant/leprosi mundant. Surdi audiunt/mortui resurgunt/ pauperes euangelizantur. Et beat⁹ est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntib⁹:cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertū videre? Arūdinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiūtur:in domib⁹ regum sunt. Sed qd existis videre? Prophetam. Etiam dico vobis: et plusquā prophetam. Hic est enim de quo scriptū est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam/qui preparabit viā tuā ante te. Offertoriū. Benedixisti domine terram tuam:auertisti captiuitatem iacob/remisisti iniquitatē plebis tue. V. Operuisti omnia peccata eorum: mitigasti omnē iram tuam. V. Ostēde nobis dñe miam tuam: et salutare tuum da nobis. Secreta.

Deuotionis nostre tibi domine quesumus hostia iugiter immoletur:que & sacri peragat instituta mysterij/et salutare tuū nobis mirabiliter operetur. Per dominū. Prefatio quotidiana. Communio. Dicite pusillanimes cōfortamini & nolite timere/ecce deus noster veniet & saluabit nos. Postcōmunio.

Imploramus domine clementiam tuam: vt hec diuina subsidia a vitijs expiatos/ad festa ventura nos preparēt. Per. Feria.iiij. quatuor tēpor. Ad missam. Offm.

Orate celi desuper & nubes pluāt iustū: aperiat terra & germinet saluatorē. Ps. Et iustitia oriatur simul: ego dñs creaui eū. Sequat orō sine Dñs vobiscum. sed tm̄ tam Oremus. Oratio. Esaie xlv.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt redemptionis nostre ventura solennitas/ et presentis no

vis vite subsidia conferat: et eterne beatitudinis premia largiatur. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū vi‑uit et regnat. Lectio esaie prophete.

ij. A In diebus illis. Dixit esaias propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons dom⁹ domini in vertice montium: et eleuabitur super colles. Et fluent ad eum omnes gentes: et ibūt populi multi et dicet. Uenite ascendamus ad mō‑tem domini: et ad mōtem dei iacob. Et docebit nos vias suas: et ambu‑labimus in semitis eius: quia de syō exibit lex/et verbum domini de hie‑rusalem. Et iudicabit gentes: et ar‑guet populos multos. Et conflabūt gladios suos in vomeres: et lāceas suas in falces. Nō leuabit gens cō‑tra gentem gladium: nec exercebun‑tur vltra ad prelium. Domus iacob venite et ambulemus: in lumine domini dei nostri. Grad. Tollite por‑tas principes vestras: et eleuamini porte eternales/et introibit rex glo‑rie. V. Quis ascendet in montē domini: aut quis stabit in loco scō ei⁹? innocens manibus et mundo corde. Hic nō repetat gr. sz statim sequat Dominus vobiscū. Orem⁹. Oro.

Festina q̄s dn̄e ne tardaueris: et auxiliū nobis superne vir‑tutis impēde: vt aduent⁹ tui cōsola‑tionib⁹ subleuētur/qui in tua pieta‑te confidūt. Qui viuis et regnas cū deo patre. etc. Hic dicuntur memo‑rie consuete. Lectio esaie prophete.

iiij. B In diebus illis. Locut⁹ est dn̄s ad achaz: dicens. Pete tibi si‑gnū a dn̄o deo tuo in pfundū infer‑ni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Nō petā et nō tentabo dn̄m. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nūquid parum vobis est molestos esse hoibus: quia molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipē vo‑bis signū. Ecce virgo cōcipiet/et pa‑riet filiū: et vocabitur nomē ei⁹ ema‑nuel. Butyrū et mel comedet vt sciat reprobare malū/et eligere bonum. Gr. Prope est dn̄s oib⁹ inuocātib⁹ eū: oib⁹ q̄ inuocāt eū in veritate. V. Laudē dn̄i loquetur os meū: et bene‑dicat omnis caro nomē sanctū ei⁹. Repetatur gradale. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tēpore. Missus est an‑gel⁹ gabriel a deo in ciuitatē galilee (cui nomen nazareth) ad vir‑ginem desponsatam viro/cui nomē erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus ange‑lus ad eā dixit. Aue grā plena dn̄s tecū: bn̄dicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone ei⁹: et cogitabat qualis esset ista salu‑tatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero et pa‑ries filium/et vocabis nomen ei⁹ ie‑sum. Hic erit magn⁹/et filius altissi‑mi vocabitur. Et dabit illi dn̄s de⁹ sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum/et regni eius non erit finis. Dixit autē ma‑ria ad angelū. Quomodo fiet istud: quoniā virum non cognosco? Et re‑spondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te/et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq̄ et quod nascetur ex te sanctū vocabit filī⁹ dei. Et ecce elizabeth cogna‑ta tua: et ipsa cōcepit filiū in senectu‑te sua. Et hic mēsis est sext⁹ illi que vocat sterilis: qr nō erit impossibile apud deū oīe verbū. Dixit autem maria. Ecce ancilla dn̄i: fiat michi se‑cundū verbū tuū. Offer. Aue maria grā plena dn̄s tecū: bn̄dicta tu i mu‑lieribus/et benedictus fructus ven‑tris tui. V. Ideoq̄ et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et dicitur cum suo versu. Secreta.

Salutari ieiunio competentes domine hostias immolamus: presta ut ad nativitatem panis eterni his officiis preparemur. Per eūd. Prefatio quotid. Cōio. Ecce virgo concipiet et pariet filiū / et vocabitur nomē eius emanuel. Postcōmunio.

Salutaris tui domine munere satiati supplices deprecamur: ut cuius letamur gustu / renouemur effectu. Per dominum. Feria sexta quatuor temporum. Officiū.

Psal. cxviii. Prope esto domine / et oēs vie tue veritas: initio cognovi de testimoniis tuis / quia in eternū tu es. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Oro.

Excita dñe potētiā tuā et veni: ut hi q in tua pietate cōfidūt / ab omni cito adversitate liberent. Qui vivis et regnas cū deo patre in unitate &c. Lectio esaye pphete.

xi. A Hec dicit dñs deus. Egredietur virga de radice iesse / et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spūs dñi / spūs sapientie et intellectus / spūs consilii et fortitudinis / spūs scientie et pietatis: et replebit eū spūs timoris dñi. Nō scdz visionē oculorum iudicabit / neqz scdm auditū auriū arguet: sed iudicabit i iusticia pauperes / et arguet in equitate p mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spū labiorum suorum interficiet impiū. Et erit iusticia cingulū lumborum eius: et fides cinctorium renū eius. Gr. Ostēde nobis dñe miam tuā: et salutare tuū da nobis. ℣. Bndixisti dñe terrā tuā: avertisti captivitatem iacob. Repetat grad. Scdm lucam.

i. D In illo tempore. Exurgēs maria / abiit in montana cū festinatione in civitatē iuda / et intravit in domū zacharie / et salutavit elizabeth. Et factū est ut audivit salutationē marie elizabeth: exultavit infans in utero eius. Et repleta est spū sctō elizabeth: et exclamavit voce magna et dixit. Bñdicta tu inter mulieres: et bñdictus fructus ventris tui. Et unde hoc michi ut veniat mater dñi mei ad me? Ecce enī ut facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata q credidisti: qm pficient ea q dicta sūt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat anima mea dñm. Et exultavit spiritus meus: in deo salutari meo. Offr. Deus tu cōuersus vivificabis nos / et plebs tua letabitur in te ostēde nobis domine miam tuā et salutare tuū da nobis. ℣. Benedixisti dñe terrā tuā: avertisti captivitatem iacob: remisisti iniquitatem plebis tue. Ps. Mia et veritas obviaverūt sibi / veritas de terra orta est et iusticia de celo pspexit. Secr.

Sacrificiis quesumus domine salutaribus his diebus aptemur propensius: quibus illud est ministerium celebrandum cui servit ois executio mandatorum. Per dñm. Prefatio quotidiana. Cōio. Ecce dominus veniet et oēs sancti eius cū eo: et erit in die illa lux magna. Postcōio.

Percipe qs dñe miam tuā populo supplicanti: quē tuorum refectū largitate donorū et instātibus graciam postulare maiorem / et fiducialius sperare cōcedas. p d. Sabbato. iiii. tpm aduentus. Officium.

Psal. lxxix. Veni et ostende nobis faciem tuā dñe qui sedes super cherubin et salui erimus. ps. Qui regis israel intende: q deducis velut ovem ioseph. Oēs orationes sine Dñs vobiscū. dicūr preter ultimam q est ante epistolam sed cū eis Oremus. Et oēs lectiones cū suis titulis legant. Oremus.

Deus qui conspicis quia ex nostra pravitate affligimur

concede propicius: vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis et regnas. ℂ Lectio esaie prophete.

xix. d In diebus illis. Clamabant ad dominum a facie tribulantes: et mittet eis saluatorem et propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab egypto: et cognoscent egyptij dominum i die illa. Et colent eũ i hostijs ⁊ muneribꝰ: ⁊ vota vouebũt dño et soluẽt. Et percutiet dñs egyptum plaga: ⁊ sanabit eã. Et reuertent ad dñm ⁊ placabit eis: ⁊ sanabit eos/ dñs deus nr̃. Gr. A sũmo celo egressio eiꝰ: ⁊ occursus eiꝰ vsq ad sũmũ eiꝰ. V. Celi enarrãt gloriã dei: ⁊ opera manuũ eiꝰ annũciat firmamẽtũ. Non repetat grad. sed dicatur statim Oremus. Oro.

Concede q̃s omps deꝰ/ vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui te. ℂ Lect̃o esaie pphete.

xxxv. A Hec dicit dñs. Letabitur deserta ⁊ inuia: ⁊ exultabit solitudo/ ⁊ florebit quasi lilium. Germinans germinabit: et exultabit letabunda et laudans. Gl̃ia libani data est ei: decor carmeli ⁊ saron. Ipsi videbũt gloriã dñi: ⁊ decorẽ dei nostri. Cõfortate manꝰ dissolutas: ⁊ genua debilia roborate. Dicite pusillanimes: confortamini et nolite timere. Ecce deus noster vltionem adducet retributionis: deus ipse veniet ⁊ saluabit nos. Tunc aperient oculi cecorũ: ⁊ aures surdorũ patebũt. Tũc saliet sicut ceruꝰ claudꝰ: et aperta erit lingua mutorũ. Quia scisse sũt in deserto aque: ⁊ torrẽtes in solitudine. Et q̃ erat arida i stagnũ: et sitiens in fontes aquarũ. Ait dñs omnipotẽs. Gr. In sole posuit tabernaculũ suum: ⁊ ipse tã sponsus procedẽs de thalamo suo. V. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsq ad summum eiꝰ. Oratio.

Indignos nos quesumꝰ dñe famulos tuos quos actionis proprie culpa contristat: vnigeniti filij tui aduentu letifica. Qui tecũ viuit ⁊ re. ℂ Lectio esaie prophete.

Hec dicit dñs. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas sion: exalta in fortitudine vocẽ tuã/ q̃ euãgelizas hierusalem. xl. B Exalta/ noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deꝰ vester. Ecce dñs deꝰ in fortitudine veniet: et brachium eiꝰ dominabitur. Ecce merces eius cũ eo: ⁊ opus illius corã illo. Sicut pastor gregẽ suũ pascet: in brachio suo congregabit agnos. Et in sinu suo leuabit eos: dominꝰ deꝰ noster. Gr. Domine deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam ⁊ salui erimus. V. Excita domine potentiam tuã ⁊ veni: vt saluos facias nos. Sequatur Oremus. Oratio. Psal. lxxix.

Presta q̃s omps deus: vt filij tui ventura solennitas ⁊ presentis nobis vite remedia conferat/ et premia eterna concedat. Per eundem dominũ. Lectio esaie prophete.

Hec dicit dñs. Christo meo cyro cuius apprehẽdi dexteram xlv. A vt subiiciã ante faciẽ eius gentes: ⁊ dorsa regum vertam. Et aperiã coram eo ianuas: et porte non claudẽtur. Ego ante te ibo: ⁊ gloriosos terre humiliabo. Portas ereas cõteram: et vectes ferreos cõfringam. Et dabo tibi thesauros absconditos/ ⁊ arcana secretorum reuelabo. Ut scias quia ego dominus qui voco nomen tuum deus israel: propter seruum meum iacob ⁊ israel electũ meũ. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te/ et non cognouisti me. Ego dominꝰ et non est amplius: extra me non est deus. Accinxi te et non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis et qui ab occidente/ quoniam absq me

non est deꝰ. Ego dn̄s: et nō est alter. Formās lucē ⁊ creans tenebras: faciens pacē ⁊ creans malū. Ego dn̄s faciens oīa hec. Rorate celi desuper et nubes pluāt iustū. Aperiatur terra/et germinet saluatorē: ⁊ iustitia oriatur simul. Ego dn̄s: creaui eū. Gr. Excita dn̄e potentiā tuam ⁊ veni: vt saluos facias nos. Vꝰ. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. qui sedes sup cherubin: appare corā effraim/beniamin et manasse. Sequit᷑ Oremus. Oratio.

Preces ppl̄i tui quesumꝰ dn̄e clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur/pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnit. ⁊c. Lctō danielis prophete.

iii. C Angelus dn̄i descendit cū azaria ⁊ socijs eius in fornacē: ⁊ excussit flammā ignis de fornace/⁊ fecit medium fornacis quasi ventum roris flantē. Flāma autē diffusa est super fornacē cubitis quadraginta nouē/⁊ incēdit quos repit iuxta fornacē de chaldeis ministros regis/q̄ eā incēdebāt. Illos aūt oīno nō tetigit ignis/neq̄ contristauit: nec quicq̄ molestie intulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore: laudabant et glorificabant ⁊ benedicebant deum in fornace dicentes. Duo clerici de secunda forma in superpellicijs ad gradum chori cantent tractum sequentem.

Dan. iii. Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorū. Vꝰ. Et laudabilis et gloriosus in secula. Chorꝰ idem repetat. Clerici. versus. Et benedictū nomē glorie tue quod est sanctum. Chorus dicat. Et laudabile et gloriosum i secula. Clerici. versus. Benedictus es in tēplo sancto glīe tue. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. Vꝰ. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Chorus. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. Clerici. Vꝰ. Benedictus es super sceptrū regni diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. versus. Benedictꝰ es qui sedes super cherubin intuēs abyssos. Chorꝰ. Et laudabilis ⁊ gloriosus i secula. Clerici. V. Bn̄dictus es qui ambulas super pennas ventorum. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. V. Benedicāt te oēs angeli et sancti tui. Chorꝰ. Et laudēt te et glorificent in secula. Clerici. Vꝰ. Benedicāt te celi terra mare ⁊ oia q̄ in eis sunt. Chorꝰ. Et laudent te ⁊ glorificēt i scl'a. Clerici. V. Glīa pr̄i et filio ⁊ spūi sctō. Chorꝰ. Et laus et honor/potestas et imperiū. Clerici. versꝰ Sicut erat in principio et nūc et semp: et in secula seculorū. Amē. Chorꝰ. Et laus ⁊ honor potestas ⁊ imperiū. Deinde clerici reincipiāt primū versum tractꝰ. ⁊ p̄ cantet a choro. et postea dicat sacerdos. Dn̄s vobiscū. et Oremꝰ. Oro.

Deus q̄ tribꝰ pueris mitigasti flāmas ignū cōcede ꝓpitius vt nos famulos tuos nō exurat flāma vitiorū. Per d. Hec dicunt᷑ in memorie cōuete. C Lctō epl'e btī pauli apostoli: ad Thessalonicenses.

Fratres. Rogamꝰ vos per aduentū dn̄i nr̄i iesu xp̄i/et nostre congregationis in ipsū: vt non cito moueamini a vr̄o sensu/neq̄ terreamini. Neq̄ p spm̄ neq̄ p sermonē/neq̄ per epistolā tanq̄ p nos missam: quasi instet dies dn̄i. Ne quis vos seducat vllo modo. Qm̄ nisi venerit discessio primū/et reuelatus fuerit homo pcti filiꝰ perditionis: q̄ aduersatur ⁊ extollit᷑ sup oē qd̄ dicitur deꝰ/aut qd̄ colitur: ita vt in templo dei sedeat: ostendens se tanq̄ sit deus. Non retinetis quoniam cum adhuc essem apud vos/hec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis vt reueletur in suo tempore. Nam

mysteriū iam operatur iniquitatis tantum vt qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus/quem dominus/iesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui. ¶ Duo clerici de secunda forma in cappis nigris: hoc est in habitu quotidiano ad gradū cho. simul dicant totū & integrū istū tractū. Tractus.

Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes sup cherubin/appare coram effraim beniamin & manasse ℣. Excita dn̄e potentiā tuā: & veni: vt saluos facias nos. Secundū Lucā.

iii. A Anno quintodecimo imperij Tyberij cesaris: procurāte pōtio pilato iudeam/tetrarcha autem galilee herode/philippo autē fratre eius tetrarcha ituree & traconitidis regionis/et lysania abyline tetrarcha: sub principibus sacerdotū anna et caypha: factū est verbum dn̄i super iohānem zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionē iordanis predicās baptismū penitētie i remissionē peccatorū sicut scriptū est in libro sermonum esaie prophete. Vox clamantis in deserto parate viam domini/rectas facite semitas ei⁹. Omnis vallis implebitur. et omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit ois caro salutare dei. Offer. Exulta satis filia sion predica filia hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus et saluator. ℣. Loquetur pacem gentibus et potestas eius a mari vsq ad mare/& a flumine vsq ad termi nos orbis terre. Secreta.

Super has hostias fidelium domine q̄s ꝓpitio vultu respice: & q2 nostris meritis nō valem⁹: his potius muneribus tuo occursui commendemur. Qui viuis & re.

Prefatio quotidiana. Cōio. Exultauit vt gygas ad currendam viā: a summo celo egressio eius/& occurs⁹ eius vsq ad summū eius. Postcōio.

Quesum⁹ dn̄e de⁹ nr̄: vt sacrosctā mysteria q̄ ꝓ reparatiōis nr̄e munimine cōtulisti: et p̄sens nobis remedium esse facias & futurū. Per dn̄m nr̄z iesū xp̄m filiū tuū. q.

¶ In quacunq feria dies natiuitatis domini contigerit: semper ieiunia quatuor temporū in tertia hebdomada aduentus dn̄i celebrentur.

¶ Dominica quarta aduentus domini. ¶ Ad missam. Officium.

Memento nostri dn̄e in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo/ad viuendū in bonitate electorum tuorum in leticia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua. ℣s. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus iniquitatē fecim⁹. Kyrie eleyson. Oratio.

Excita quesumus domine potentiam tuam & veni/et magna nobis virtute succurre: vt per auxiliū gratie tue quod nostra peccata prepediunt: indulgentia tue propiciationis acceleret. Qui viuis et regnas. ¶ Lectio epistole beati Pauli apostoli. Ad philippenses.

Fratres. Gaudete in dn̄o sēp: iterū dico gaudete. Modestia vestra: nota sit oib⁹ hominib⁹. Dn̄s prope est. Nichil soliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarū actione/petitiones vr̄e innotescāt apud deū. Et pax dei q̄ exuperat omnē sensū: custodiat corda vr̄a: et intelligentias vestras. In christo iesu domino nr̄o. Grad. Prope est dominus omnibus inuocantib⁹ eū: omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem domini loquetur os meum: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Alleluya. iiij. A

p̄ cxl iiij.

b. Ueni domine et noli tardare: rela xa facinora plebis tue. Sequentia.

Iubilemus oes vna. Deo nostro qui creauit oia. Per quem cuncta condita sunt secla. Celo quo plurima luce chorusca/et diuersa sunt sydera. Sol mundi schema/noctium decus luna/ceteraque splendentia. Mare solum/alta plana: ac profunda flumina. Aeris ampla spacia/quod discurrunt aues venti atque pluuia. Hec simul cuncta tibi deo soli patri militant. Nunc et in euum sine fine per secla laus eorum tua gloria. Qui pro salute nostra prolem vnicam. Pati in terram misisti sine culpa: sed ob nostra delicta. Te trinitas precamur: vt corpora nostra et corda. Regas et protegas: et dones peccatorum veniam. Secundum iohannem.

In illo tempore. Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannem: vt interrogarent eum. Tu quis es? Et confessus est: et non negauit. Et confessus est: quia non sum ego christus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es/vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto/dirigite viam domini: sicut dixit esaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es xps/neque helias neque propheta? Respondit eis iohannes: dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit/quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est/qui ante me factus est/cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: vbi erat iohannes baptizans. Offer. Confortamini et nolite timere; ecce enim deus noster retribuet iudicium: ipse veniet et saluos nos faciet. Tunc aperientur oculi cecorum/et aures surdorum audient: tunc ascendet claudus quasi ceruus/et clara erit lingua mutorum. Secr.

Sacrificiis presentibus quesumus domine placatus intende: quibus ad filii tui natiuitatem suscipiendam purificemur. Per. Prefat. quotid. Com.

Ecce virgo concipiet et pariet filium/et vocabitur nomen eius emanuel. Postcom. Esaie vij. C

Populum tuum quesumus domine donorum tuorum largitate prosequere: vt a malis omnibus sacramentorum tuorum virtute protectus: ad ineffabile mysterium celebrandum et mente preparetur/et corpore. Per dominum.

Fer. iiij. Lectio Iohelis prophete. ij. F

Hec dicit dominus deus. Exultate filie sion: et letamini in domino deo vestro quia dedit vobis doctorem iusticie: et descendere faciet ad vos imbrem matutinum et serotinum sicut in principio. Et implebuntur aree frumento: et redundabunt torcularia vino et oleo. Et scietis quia ego dominus deus vester/habitans in sion in iij. D
monte sancto meo. Et erit hierusalem sancta: et alieni non transibunt per eam amplius. Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem/et colles fluent lacte/et per omnes riuos iuda ibunt aque/et fons de domo domini egredietur/et irrigabit torrentem spinarum. Egyptus in desolationem erit et idumea in desertum perditionis: pro eo quod inique egerunt in filios iude/et effuderunt sanguinem innocentem in terra sua. Et iudea in eternum habitabitur: et hierusalem in generatione et generationem. Et mundabo sanguinem eorum quem non mundaueram: et dominus commorabitur in sion. Alleluia. Et vt supra in feria. Secundum lucam.

In illo tempore. Exiit sermo in vniuersam iudeam de iesu: et omnem circa regionem. Et nunciauerunt iohanni discipuli eius: de vij. C

oibus his. Et cõuocauit duos de di
scipulis suis iohãnes: et misit ad ie
sum dicẽs. Tu es qui vẽtur9 es: an
aliũ expectamus? Cũ autẽ venissent
ad eũ viri: dixerunt. Johãnes bapti
sta misit nos ad te: dicẽs. Tu es qui
vẽtur9 es: an aliũ expectam9? In ip
sa autẽ hora curauit multos a lan
guorib9 suis/ et plagis et spiritibus
malis: et cecis multis donauit visũ.
Et respõdẽs dixit illis. Eũtes renũ
ciate iohãni que vidistis et audistis.
Quia ceci vidẽt/ claudi ambulãt/ le
prosi mundant. Surdi audiũt/ mor
tui resurgũt pauperes euãgelizant.
Et btũs est q̃ nõ fuerit scandalizat9
in me. Et cũ discessissent nũcij iohã
nis: cepit dicere de iohanne ad tur
bas. Quid existis in desertũ videre?
Arundinẽ vẽto agitatã? Sed qd exi
stis videre? Hoiem mollib9 vestimẽ
tis indutũ? Ecce q̃ i veste p̃ciosa sũt
et in delicijs: in domibus regũ sunt.
Sed qd existis videre? Prophetam?
Utiqȝ dico vobis: et plusq̃ pphetã.
Hic est de quo scriptũ est. Ecce ego
mitto angelum meũ ante faciẽ tuã:
qui preparabit viam tuam ante te.
Dico enim vobis: maior inter natos
mulierũ propheta iohanne baptista
nemo est. Qui autẽ minor est in re
gno celorũ: maior est illo. Feria. vi.
¶ Lectio zacharie prophete. ij.

ij. D Hec dicit dñs. Lauda et letare
filia sion: qa ecce ego venio
et habitabo in medio tui/ ait dñs. Et
applicabũtur gẽtes multe ad dñm i
die illa: et erunt michi in populũ. Et
habitabo i medio tui: et scies qȝ dñs
exercituũ misit me ad te. Et posside
bit dñs iudã partẽ suã in terra sancti
ficata: et eliget adhuc hierusalẽ. Si
leat omnis caro a facie ei9: quia con
surrexit de habitaculo sancto suo.
Dicit dñs oipotens. Scdm marcũ.
viij. b In illo tẽpore. Dixit iesu9 disci
pulis suis. Uidete et cauete a
fermento phariseorum: et a fermen
to herodis. Et cogitabant ad alter
utrum dicentes: quia panes non ha
bemus. Quo agnito: ait illis iesus.
Quid cogitatis: quia panes non ha
betis? Nondum cognoscitis: nec in
telligitis. Adhuc cecatũ habetis cor
vestrum. Oculos habentes non vi
detis: et aures habẽtes non auditis.
Nec recordamini quando quinqȝ pa
nes fregi in quinqȝ milia: et quod co
phinos fragmentorum plenos su
stulistis. Dicunt ei. Duodecim. Quã
do et septem panes in quatuor mi
lia hominũ: quod sportas fragmen
torũ tulistis. Et dicũt ei. Septẽ. Et
dicebat eis. Quomodo nõdũ intelli
gitis? Et veniunt betsaidã/ et addu
cũt ei cecũ: et rogabant eũ vt illũ tã
geret. Et apprehẽsa manu ceci/ edu
xit eum extra vicum: et expuens in
oculos eius: impositis manib9 suis
iterrogauit eum si quid videret. Et
aspiciens ait. Uideo homines velut
arbores ambulantes. Deinde iterũ
imposuit manus super oculos ei9:
et cepit videre. Et restitutus est ita
vt clare videret oia: et misit illũ in
domũ suã dicẽs. Uade in domũ tuã
et si i vicũ introieris: nemini dixeris.
¶ In vigilia natiuitatis dni. Officiũ.
Hodie scietis quia veniet Psa.
domin9 et saluabit vos/ xxiij.
et mane videbitis glo
riam eius. ps. Domini
est terra et plenitudo ei9
orbis terrarum: et vniuersi qui ha
bitant in eo. ¶ Si hec vigilia in do
minica euenerit dicitur cantus sup
Kyrie. Sanctus. et Agnus. sicut in
festis simplicibus nonẽ lect. similiter
tem/ dicitur cantus ferial. Oratio.
Deus qui nos redemptionis
nostre annua expectatiõe le
tificas: presta vt vnigenitum tuum
quem redemptorem leti suscipim9:
venientem quoqȝ iudicem securi vi

deamus/dn̄m nostrū iesum christū filiū tuū. Qui tecū. Nulla fiet mēo. Un⁹ puer accolitus legat lectionē alba indut⁹ ad gradū chori: cū si do. fuerit/legatur in pulpito/et semper cum suo titulo. Lectio esaie pphete.

Ec dicit domin⁹ de⁹. Propter
ij. A sion non tacebo ⁊ propter hie
rusalē nō quiescā donec egrediatur vt splēdor iust⁹ ei⁹/⁊ saluator eius vt lāpas accēdat. Et videbūt gētes iustū tuū: et cūcti reges inclitū tuū. Et vocabitur tibi nomē nouū: quod os dn̄i nominauit. Et eris corona glorie in manu dn̄i: et diadema regni in manu dei tui. Nō vocaberis vltra derelicta: ⁊ terra tua non vocabitur ampli⁹ desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: ⁊ terra tua inhabitabit: qz cōplacuit dn̄o in te. Deinde alius ⁊ interuallo legat epla. Lectio epl'e beati pauli apli. Ad rom.

i. A Ratres. Paul⁹ seru⁹ iesu chri-
sti vocat⁹ apostol⁹ segregat⁹
in euangeliū dei qd̄ ante promiserat p prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo q factus est ei ex semine dauid scd̄m carnē: q p̄destinatus est fili⁹ dei in virtute scd̄m spm̄ scificatiōis ex resurrectiōe mortuorū iesu xp̄i dn̄i nr̄i: p quē accepimus grām ⁊ apostolatū ad obediendū fidei in oib⁹ gētib⁹ p noīe ei⁹. In qbus estis et vos vocati: iesu xp̄i dn̄i nostri. Gr. Hodie scietis quia veniet dn̄s ⁊ saluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriā eius. V⁹. Qui regis israel intēde: q deducis velut ouē ioseph: qui sedes sup cherubin appare corā effraim/bēiamin ⁊ manasse. Si hec vigilia in dn̄ica euenit. missa de dn̄ica in caplo dr. ⁊ tūc fiat mēo. de sācta maria: ⁊ de oibus sāctis ecā. Missa vero de vigil. ad antentiū altare sine aliqua mēo. cū hoc. Allelupa. V. Crastina die delebit iniquitas terre et regnabit sup nos saluator mūdi.

Sequētia Jubilemus. Si vero dn̄ica non fuerit: tunc Alla et sequen. pretermittant. Secundū Matheum.

In illo tpe. Cū esset despōsata i. C
mater iesu maria ioseph: ante
q̄ conuenirent inuenta est in vtero habens de spū sctō. Joseph autem vir eius cum esset iustus/⁊ nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eā. Hec autē eo cogitāte: ecce angel⁹ dn̄i in somnis apparuit ei dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugem tuā. Quod enim in ea natū est: de spū sācto est. Pariet autē filium: ⁊ vocabis nomē eius iesum. Ipse eīm saluū faciet populum suum: a peccatis eorū. Offr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales. V. Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitāt in eo. Iste v⁹. si dn̄ica fuerit/eo anno pretermittatur. Secreta.

Da nobis q̄s omp̄s deus: vt sicut ad adorāda filij tui natalitia preuenim⁹: sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Per eundem. Prefatio quotidiana. Cōio Reuelabit glīa dn̄i: ⁊ videbit omnis caro salutare dei nostri. Postcōio.

Da nobis quesumus dn̄e vnigeniti filij tui recensita natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur ⁊ potamur. Per eund. ps.
In nocte natiui. dn̄i post nonā lect. cantetur hoc euangeliū in pulpito a diacono. ¶ Initium sancti euangelij/secundum Matheum.

Liber gnātiōis iesu christi fi-
lij dauid/filij abrahā. Abra- i.
ham genuit isaac. Isaac autem: genuit iacob. Iacob autē genuit iudam/et fratres eius. Judas autem: genuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares autē: genuit esrom. Esrom autē: genuit arā. Aram autē. genuit aminadab. Aminadab autē: genuit

naasō. Naason aūt:genuit salmon. Salmon autē genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth autem:genuit iesse. Jesse autem:genuit dauid regem David aūt rex:genuit salomonem ex ea q̄ fuit urie. Salomō autem genuit roboā. Roboā autem genuit abiā. Abia autem:genuit asa. Asa autem genuit iosaphat. Josaphat autē:genuit iorā. Jorā autē:genuit oziam. Ozias autem genuit ioathan. Joathan autē: genuit achaz. Achaz autē genuit ezechiā. Ezechias aūt genuit manassē. Manasses autē genuit amō. Amon aūt:genuit iosiā. Josias aūt genuit iechoniā & fratres ei⁹ in trāsmigratione babylonis. Et post trāsmigrationem babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autē:genuit zorobabel. zorobabel aūt genuit abiud Abiud autē: genuit eliachim. Eliachim autē:genuit azor. Azor autem genuit sadoch. Sadoch autem: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem:genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autē:genuit iacob. Jacob autē genuit ioseph virum marie. De qua natus est iesus q̄ vocat᷑ xp̄s. Finito euāgelio: sacerdō. incipiat p̄m. Te deū. quo dicto rectores chori incipiant miss. ¶ Ad missam in gallicantu.

ps. ii. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. p̄. Quare fremuerunt gētes/& populi meditati sunt inania? Kyrie cū suis v⁹. sequatur Gloria in excel. more duplicis festi. Sciendū est q᷑ sēp ad missam d᷑ Gloria in excel. quotiēs ad matutiū. d᷑ Te deum. nisi missa Salus populi. vel missa de cruce/ vel missa dominicalis i aliquo festo triū lec. vel infra oct. sine regi. chori cantanda fuerit. Nā vero aliqua missa de vigil. vel de fest. triū lec. in cap. dic do. d᷑. tunc etiā d᷑ cant⁹ sup Kyrie. Gloria i excel. qn̄ d᷑ Sanct⁹ et Agnus dei. et Ite missa est. sicut i festo triū lec. Similiter fiat quādo d᷑ missa dn̄icalis in capl'o die dn̄ica tunc etiam dicetur Credo. Oratio.

Deus q̄ hāc sacratissimā noctē veri luminis fecisti illustratione clarescere: da q̄s vt cui⁹ lucis mysteria i terra cognouim⁹/ ei⁹ quoq᷑ gaudijs in celo perfruamur. Qui tecū. Duo clerici de secūda for. in cappis sericis i pulpi. sil'. cātēt lect.

Laudes deo dicā p̄ secula q̄ me plasmauit i manu dextra: atq᷑ redemit cruce purpurea sāguie nati Hic cātet᷑ alternati. Lec. esaie p̄phe. In qua xp̄i lucida vaticinat᷑ natiuitas. Hec dicit dn̄s. Pater filius sanctus sp̄us i quo sūt oīa condita supna atq᷑ ima. Popul⁹ gentiū qui ambulabat in tenebris. Quem creasti: quē fraude subdola hostis expulit paradiso: & captiuatū secū traxit ad tartara. Vidit lucē magnā. Fulserunt et imania nocte media pastoribus lumina. Habitātibus in regiōe vmbre mortis: lux. Sempiterna & redemptio vere noua. Orta est eis. O stupenda natiuitas. Paruul⁹ eīn natus est nobis. Magnus hic erit iesus filius dei. Et filius Patris sūmi. Datus est nobis. Ab arce summa predictum sic erat. Et factus est principatus sup humerū ei⁹. Ut celos regat atq᷑ arua. Et vocabitur nomen eius. Messias/socher/emanuel sabaoth/adonai. Admirabilis. Radix dauid. Consiliarius. Dei pris. Deus. Qui creauit omnia. Fortis. Raratri claustra perimens teterrima. Pater futuri seculi. Rex op̄s & cūcta regens. Princeps pacis. Hic est in euū. Multiplicabit᷑ ei⁹ imperiū. In hierl'm iudea siue samaria. Et pacis non erit finis. Per secula sempiterna. Super solium dauid

et super regnum eius sedebit. Et regni meta sui non erit aliqua. Ut cõfirmet illud. In fidei pignore. Et corroboret in iudicio et iustitia. Iudex cum venerit iudicare seculũ. Amodo. Illi debetur gloria laus & iubilatio. Et vsq; in sempiternum. Hic cantent simul vsq; ad finẽ. Ab ortu solis vsq; ad occiduos fines mundi orbis per climata / laus creatori resonet congrua. Amen dicant omnia. Ubi nõ habetur iste cãtus/legatur Lectõ esaie prophete.

ix. A Hec dicit domin⁹. Popul⁹ gentiũ qui ambulabat i tenebris: vidit lucem magnam. Habitantib⁹ in regiõe vmbre mortis: lux orta est eis. Paruulus enim nat⁹ est nobis: et filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerũ eius: et vocabitur nomen eius admirabilis/consiliarius/deus fortis/ pater futuri seculi/princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium/& pacis non erit finis. Super solium dauid et super regnũ ei⁹ sedebit: vt cõfirmet illud/et corroboret in iudicio & iustitia. Amodo: & vsq; i spẽpiternũ. Sine titulo legatur epl'a. Ad titum.

ij. D Charissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnib⁹ hominib⁹: erudiens nos vt abnegãtes impietatẽ et secularia desideria/ sobrie et iuste et pie viuamus in hoc seculo. Expectantes beatam spem: & aduentum glorie magni dei & saluatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab iniquitate/et mundaret sibi populum acceptabilẽ/sectatorem bonorũ operũ. Hec loq̃re et exhortare. In christo iesu: domino nostro.

ps. cix. Grad. Tecũ principiũ in die virtutis tue in splendoribus sanctorũ: ex vtero ante luciferum genui te. V⁹.

ps. ij Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Alleluya. V. Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Sequẽtia.

Nato canũt omnia dño pie agmina. Syllabatim pneumata perstringẽdo organica. Hec dies sacrata in qua noua sunt gaudia mũdo plene reddita. Hac nocte precelsa intonuit et gl'ia in voce ãgelica. Fulserunt & immania nocte media pastoribus lumina. Dum fouent sua pecora/subito diua percipiũt monita. Nat⁹ alma virgine q̃ extat ante secula. Est immẽsa i celo gloria & pax in terra. Sic ergo celi caterua altissime iubilet. Et tanto canore tremat alta poli machina. Sonet & per oĩa hac in die gloria voce clara reddita. Humana cõcrepẽt cuncta/deũ natũ in terra. Cõfracta sũt iperia hostis crudelissima. Pax in terra reddita: nũc letenť oĩa nati ꝑ exordia. Sol⁹ qui tuetur oĩa. Solus qui condidit oĩa. Ipse sua pietate soluat omnia peccata nostra. Euangeliũ more duplicis festi. Secundum Lucam.

In illo tẽpore. Exijt edictũ a cesare augusto vt describereť vniuersus orbis. Hec descriptio prima: facta est preside syrie cyrino. Et ibãt omnes vt profiterẽtur: singuli in suã ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatẽ dauid (que vocatur bethleẽ) eo q; esset de domo & familia dauid: vt profiteretur cũ maria desponsata sibi vxore pregnante. Factum est autẽ cũ essent ibi impleti sũt dies vt pareret. Et peperit filium suũ primogenitũ: et pannis eum inuoluit. Et reclinauit eum in presepio: quia nõ erat ei locus in diuersorio. Et pastores erãt in regiõe eadẽ vigilãtes/& custodientes vigilias noctis supra gregẽ suũ. Et ecce angel⁹ dñi stetit iuxta illos: & claritas dei circunfulsit illos/& timue- ij. A

runt timore magno. Et dixit illis
angelus. Nolite timere. Ecce enim
euangelizo vobis gaudiū magnū qđ
erit oī pplo: q2 nat9 est vobis hodie
saluator/qui est xp̄s dn̄s in ciuitate
dauid. Et hoc vobis signū Inuenie
tis infantē pannis inuolutū: ⁊ posi
tū in p̄sepio. Et subito facta est cum
āgelo multitudo militie celestis: lau
dātiū deū et dicētiū. Glia in altissi
mis deo: ⁊ i terra. pax hoib9 bone vo
lūtatis. ⁊ legat i pulpito more dup.
festi. Credo. Offr. Letent celi ⁊ ex
ultet tra āte faciē dn̄i qm̄ venit. Secr.
ACceptā sit tibi dn̄e q̄s hodier
ne festiuitatis oblatio vt tua
grā largiēte per hec sacrosctā cōmer
cia in illi9 inueniamur forma: i quo
tecū est nr̄a substātia iesus xp̄s dn̄s
nr̄. Qui tecū. Prefa. Qz p icarnati.
Hec p̄fatio dr in die nati. dn̄i ad oēs
missas/⁊ quoti. per hebd. ⁊ i die cir
cūsio. dn̄i: ⁊ i oibus missis de. s. ma
ria ab hac die vsq3 ad purificatio.
p. cix. Cōmunicantes. vero dr tm̄ vsq3 ad
circūcisionē ⁊ in die circūcisionis.
Cōio. In splendorib9 scōr ex vte
ro ante luciferū genui te. Postcōio.
DA nobis q̄s dn̄e deus nr̄: vt
qui natiuitatē dn̄i nr̄i iesu
xp̄i nos frequentare gaudemus: di
gnis cōuersationibus ad ei9 merea
mur pertingere cōsortiū. Qui tecū.
¶ Ad missam in aurora. Officium.

Ux fulgebit hodie sup
Esaie nos: q2 natus est nobis
ix. B dn̄s: ⁊ vocabit admira
bilis de9/princeps pacis
pater futuri seculi: cui9
regni nō erit finis. Ps. Dn̄s regna
uit decorē indut9 est: indut9 est dn̄s
fortitudinē et p̄cīxit se. Ad hāc mis
sā Kyrie. absq3 tro. Glia i excelsis
Sanctus et Agn9. sicut in festo sim
plici nonem lectionū dicunt. Oro.
DA q̄s oīps deus: vt qui noua
incarnati verbi tui luce pfun
dimur. hoc in nr̄o resplēdeat opere
qđ per fidē fulget in mēte. Per eūd.
Memo. de scta anastasia cū hac or.
DA q̄s oīps de9 vt q̄ btē anasta
sie martyris tue solēnia coli
m9: ei9 apd te patrocinia sētiamus.
P. Ad hāc missā nō dicūtur plures
orones vel pauciores. Sequēs lectio
legat in pulpito ab vno clerico de se
cunda forma. Lectio Ysaie pphete.
HEc dicit dn̄s. Spirit9 dn̄i su
per me: eo q vnxerit me. Ad
annunciādū mansuetis misit me: vt
mederer cōtritis corde et predicarē
captiuis indulgētiā/et clausis aper
tionē. Ut predicarem annū placabi
lem dn̄o: ⁊ diem vltionis deo nr̄o.
Ut consolarer oēs lugētes: et pone
rē consolationē lugentib9 sion. Et
darē eis coronā pro cinere: oleum
gaudij pro luctu/palliū laudis pro
spū meroris. Et vocabuntur in ea
fortes iustitie: plantatio dn̄i ad glo
rificandum. Ecce dominus auditū
fecit in extremis terre. Dicite filie
sion. Ecce saluator tuus venit: ecce
merces eius cum eo/et opus illius
coram illo. Et vocabunt eos popu
lus sanctus: redempti a domino.
Sine interuallo. Lectio epistole bea
ti pauli apostoli ad Titum.
CHarissime. Apparuit benigni
tas et humanitas saluatoris iii. B
nostri dei. Non ex operibus iustitie
que fecimus nos: sed secundū suam
miam saluos nos fecit. Per laua
chrum regenerationis ⁊ renouatio
nis spūssancti quem effudit in nos
abunde: per iesum xp̄m saluatorem
nr̄m. Ut iustificati grā ipsius here
des simus: secundū spē vite eterne.
In xp̄o iesu: dn̄o nostro. Gr. Bndi
ctus qui venit in nomine domini:
deus dominus et illuxit nobis. V9.
A domino factum est istud: et est mi
rabile in oculis nostris. Alleluya.
V. Dominus regnauit decorem in

duit: induit dominus fortitudinem et precinxit se virtute. Sequentia.

Sonet regi nato noua cantica. Cuius pr̃ fecit oia: mr̃ est virgo sacratissima. Generãs hũc nescit femina: illa est sine viro grauida. Verbũ corde patris genitũ ante secula. Aluus mr̃is gessit corporatũ p tẽpora. O mira genitura/o stupẽda natiuitas. O proles gl'iosa: humanata diuinitas. Sic te nasciturũ fili dei vates docti tuo spiritu dixerãt. Sic te oriẽte laudes tibi cantãt: pacẽ terris angeli nunciant. Elemẽta dulcius exhilarãt. Oẽs scti gaudẽtes iubilant. Salue clamando nosq; salua. Deitas/in personis trina. Simplex vsia. ¶ Euãgeliũ i pulpito more dñicali legat. Scdm lucã.

ii. C In illo tẽpore. Pastores loquebantur adinuicẽ. Trãseamus vsq; bethleem/et videamus hoc verbum quod factum est quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt mariam & ioseph: et infantẽ positũ in presepio. Videtes autẽ cognouerũt de verbo qđ dictũ erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt: et de his q̃ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autẽ cõseruabat oia verba hec: cõferẽs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificãtes et laudantes deũ: in omnibus que audierant et viderant sicut dictum est ad illos. Credo. Offr̃.

Deus enim firmauit orbẽ terre qui non cõmouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Munera nostra quesumus domine natiuitatis hodierne misteriis apta proueniant: vt sicut homo genitus idem refulsit deus: sic nobis hec terrena substãtia cõferat qđ diuinũ est. Per eũdẽ. Alia secreta

Accipe quesumus dñe munera dignanter oblata: & beate anastasie suffragantibus meritis/ad nostre salutis auxilium prouenire concede. Per. Pref. & Communicantes. vt s. Cõio. Exulta filia hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus & saluator mundi. Postcommunio.

Huius nos dñe quesumus sacramenti semper nouitas instauret: cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatem. Per eundem dominum. Alia postcõio.

Satiasti domine familiã tuam muneribus sacris: ei9 q̃s semper interuentione nos refoue/cuius solennia celebramus. Per dominũ.

¶ In die natiuitatis domini. Ad tertiam missam. Officium.

Puer natus est nobis/& filius dat9 est nobis: cuius imperium super humerum eius: et vocabitur nomen ei9 magni consilii angelus. Ps Cantate dño canticũ nouũ: quia mirabilia fecit. Oratio. Esaie ix. B

i.v.A. Fratres. Rogamus vos et obsecramus in domino iesu: ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere deo: sic ambuletis ut abundetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis: per dominũ iesũ. Hec est eni voluntas dei sanctificatio vr̃a/ ut abstineatis vos a fornicatione/ ut sciat unusquisq̃ vestrum suũ vas possidere in sãctificatiõe et honore. Non in passione desiderij/ sicut et gentes que ignorant deũ. Et ne quis supgrediat neq̃ circumueniat in negocio fratrẽ suũ: qm vindex est dñs de his oibus sicut prediximus vobis: et testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immũdiciã sed in sanctificationẽ. In xpo iesu dño nostro. Gr. Tribulationes cordis mei dilatate sunt/ de necessitatib⁹ meis eripe me domine. V. Uide humilitatem meã et laborẽ meũ: et dimitte oia peccata mea. Tr.

Mat. xv. C. Dixit dñs mulieri chananee non est bonum sumere panem filiorũ: et mittere canibus ad manducandum. V. At illa dixit: etiã dñe/ nam et catelli edũt de micis q̃ cadũt de mẽsa dñorũ suorũ. V. Ait illi ies⁹ o mulier magna est fides tua/ fiat tibi sicut petisti. Secundum Mattheũ.

xv.C. In illo tpe. Egressus iesus secessit i partes tyri et sidonis: et ecce mulier chananea a finibus illis egressa/ clamauit dicens ei. Miserere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedẽtes discipuli ei⁹: rogabãt eũ dicentes. Dimitte eã: quia clamat post nos. Ipse autem respondens: ait. Nõ sũ miss⁹ nisi ad oues que perierunt dom⁹ israel. At illa venit: et adorauit eum dicens. Dñe/ adiuua me. Qui respõdens: ait. Non est bonum sumere panem filiorũ: et mittere canibus. At illa dixit. Etiam dñe: nam et catelli edunt de micis q̃ cadunt de mensa dñorum suorũ. Tũc respondens iesus: ait illi. O mulier/ magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Offer.

Psal. cxviii. Meditabor in mãdatis tuis que dilexi: valde et leuabo man⁹ meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Celeste tue domine munera placatus assume: que et misericors offerenda tribuisti: et in nostre salutis potenter efficis transire mysteriũ. Per. Prefa. quotid. Cõio.

ps. v. Intellige clamorem meum/ intende voci orationis mee/ rex meus et de⁹ meus: qm ad te orabo dñe. Postcõio.

Corporis et sanguinis sacrosancti domine q̃sumus gratia nos sumpta viuificet: et qđ mysticis actionibus pollicetur/ eternis effectibus largiatur. Per dominũ.

¶ Fer. scđa post Reminiscere. Offiĉ.

p.xxv. Redime me domine et miserere mei: pes eni meus stetit i via recta i ecclesijs benedicam dominum. ps. Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sũ/ et in domi

no sperans non infirmabor. Flectamus genua. Levate. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus/ vt familia tua que se affligendo carnem ab alimentis abstinet: sectando iusticiam a culpa ieiunet. Per d.

Lectio danielis prophete.

ix. D In diebus illis. Orauit daniel ad dominum: dicens. Domine deus noster: qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen secundum diem hanc peccauimus/ iniquitatem fecimus domine in omnem iusticiam tuam. Auertatur obsecro ira tua et furor tuus a ciuitate tua hierusalem: et a monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra/ et iniquitates patrum nostrorum: hierusalem et populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi deus noster orationem serui tui et preces eius: et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum: quod desertum est. Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuam et audi: aperi oculos tuos et vide desolationem nostram: et ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum. Neque enim in iustificacionibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine/ placare domine. attende et fac. Ne moreris propter temetipsum deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem et super populum tuum: domine deus noster. Gr. Adiutor meus et liberator meus esto domine/ ne tardaueris. V. Confundantur et reuereantur inimici mei/ qui querunt animam meam.

Tractus. Domine non secundum. quere supra fer. sexta quatuor temporum. ¶ Secundum Johannem.

viii. C In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum. Ego vado et queretis me et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Numquid interficiet semetipsum quia dicit/ quo ego vado vos non potestis venire. Et dicebat eis. Vos de deorsum estis ego de superius sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis iesus. Principium/ qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed qui misit me/ verax est. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt: quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc cognoscetis quia ego sum. Et a meipso facio nichil: sed sicut docuit me pater/ hec loquor. Et qui me misit mecum est: et non reliquit me solum. Quia ego que placita sunt ei: facio semper. Offer. Benedicam dominum qui tribuit michi intellectum/ prouidebam deum in conspectu meo semper/ quoniam a dextris est michi ne commouear. Psal. xv. Vers. Conserua me domine quoniam in te speraui. ego dixi deus meus es tu/ domine pars hereditatis mee. Secreta.

Hec hostia domine placationis et laudis: tua nos propiciatione dignos efficiat. Per dominum. Prefatio. Qui corporali ieiu.

Communio. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Postcommunio. Psal. viij.

Hec nos communio domine purget a crimine: et celestis remedii faciat esse consortes. Per dominum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus/ et quibus fiduciam sperande pietatis indulges: consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dominum. ¶ Feria tertia post Reminiscere. Ad missam. Officium.

Psal. xxvi.

Tibi dixit cor meũ/quesiui vultum tuum: vultũ tuum domine requiram ne auertas faciem tuã a me. vs. Dominus illuminatio mea et sal⁹ mea/quem timebo. Oremus. Flectamus genua: Leuate. Oratio.

Perfice qs dñe benignus in nobis obseruãtie sãcte subsidium / vt que te auctore facienda cognouimus/te operante compleamus. Per. ¶ Lectio libri regum.

iii. xvii. B

In diebus illis. Factus est sermo domini ad heliam tesbitẽ dicens. Surge: et vade in sareptam sidoniorum: et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue: vt pascat te. Surrexit helias: et abijt in sareptam. Cũq; venisset ad portam ciuitatis apparuit ei mulier vidua/colligens ligna. Et vocauit eam: dixitq; ei. Da michi paululum aque in vase: vt bibam. Cumq; illa pergeret vt afferret clamauit post tergum eius dicens. Affer michi obsecro et bucellam panis: in manu tua. Que respondit. Uiuit domin⁹ deus tu⁹: quia non habeo panem nisi quãtum pugillus capere potest farine in hydria / et paululum olei in lechito. En colligo duo ligna/vt ingrediar et faciam illud michi et filio meo/ vt comedamus et moriamur. Ad quem helias ait. Noli timere: sed vade / et fac sicut dixisti. Ueruntamen michi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum et affer ad me: tibi autem et filio tuo facies postea. Hec autẽ dixit domin⁹ deus israel. Hydria farine nõ deficiet: nec lechitus olei minuetur vsq; in diem in qua dñs daturus est pluuiam sup faciẽ terre. Que abijt et fecit iuxta verbum helie: et comedit ipse et illa: et domus ei⁹ tota. Et ex illa die hydria farine non defecit et lechitus olei non est imminutus iuxta verbum dñi quod locutus fuerat in manu helie. Gr. Iacta cogitatum tuum in domino: et ipse te enutriet. vs. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam: ab his qui appropinquant michi. Euangeliũ. Secundum Matheum.

xxiii. A

In illo tempore. Locut⁹ est iesus ad turbas/et ad discipulos suos dicens. Super cathedrã moysi/sederũt scribe et pharisei. Omnia ergo quecũq; dixerit vobis/seruate et facite/secũdũ vero opera eorũ nolite facere. Dicunt eni: et non faciũt. Alligant eni onera grauia et importabilia / et imponunt in humeros hominũ/digito autem suo nolũt ea mouere. Oia vero opera sua faciũt/ vt videatur ab hoibus. Dilatãt eni philateria sua/ et magnificant fimbrias. Amãt eni primos recubitus in cenis/et primas cathedras in sygogis/et salutatiões in foro/et vocari ab hoibus rabbi. vos autẽ nolite vocari rabbi. Unus est enim magister vester: omnes autẽ vos fratres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester/qui in celis est. Nec vocemini magistri/qz magister vester vn⁹ est christ⁹. Qui maior est vestrum/ erit minister vester. Qui enim se exaltauerit humiliabitur/et qui se humiliauerit / exaltabitur. Offerto. Miserere michi dñe secundum magnam miam tuam: dele dñe iniquitatem meam. V. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et delictum meum contra me est semp. Secreta.

Sanctificationem tuam nobis domine his mysterijs placat⁹ operare: que nos et a terrenis purget vitijs: et ad celestia dona perducat. Per dominum. Prefa. Qui corporali. Coio. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor et exultabo i te psallam noi tuo altissime. Postcõio.

Sit nobis dñe quesumus medicina mētis et corporis quod de sancto altari tuo percepim⁹/vt nullis aduersitatibus fatigemur: qui tanti remedij participatione munimur. Per dominū. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Orō.

Propiciare domine supplicationibus nostris/et animarū nostrarum medere languoribus: vt remissione percepta in tua semper benedictione letemur. Per dominū.

¶Feria.iiij.post Reminiscere. Ad missam. Officium.

Psal. xxxvij. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discedas a me/intēde i adiutorium meū domine virtus salutis mee. ps. Dñe ne in furore tuo arguas me: neqꝫ i ira tua corripias me. Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Populum tuum quesumus domine propitius respice: et quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoqꝫ vitijs cessare concede. Per d. Epla. Lec. libri Hester.

xiii. C In diebus illis. Orauit hester ad dominū dicens. Dñe deus rex ops/in ditione tua cuncta sunt posita: et non est qui tue possit resistere voluntati. Si decreueris saluare nos / continuo liberabimur. Tu em̄ dñe fecisti celum et terram/ et quicquid celi ambitu continetur. Dñs omnium tu es: nec est qui resistat maiestati tue. Et nunc dñe rex regum/deus abrahā: miserere populo tuo: quia volunt nos inimici nostri perdere et hereditatē tuā delere. Ne despicias partem tuā quā redemisti de egypto: sed exaudi deprecationem nostrā: et propicius esto sorti/et funiculo hereditatis tue: et conuerte luctum nostrū in gaudium: vt viuentes/laudemus nomen tuum. Et ne claudas ora canentium te: domine deus noster. Gr. Saluum fac populum tuū domine: et benedic hereditati tue. V⁹. Ad te dñe clamabo deus me⁹ ne sileas a me: et ero similis descēdētibus in lacum. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me domine/vide humilitatē meā et laborem meū/et demitte oia peccata mea. V. Ad te dñe leuaui animam meā/deus meus in te confido nō erubescā: neqꝫ irrideāt me inimici mei. V. Etenim vniuersi q̄ te expectant nō cōfundentur: confundant oēs faciētes vana. Scdm matheū.

In illo tempore. Ascendens iesus hierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam: et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condēnabunt eum morte: et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandū et crucifigēdū: et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorū zebedei cū filijs suis: adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeāt hi duo filij mei: vnus ad dexterā tuam/et vnus ad sinistrā in regno tuo. Rñdēs aūt ies⁹ dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibitur⁹ sū. Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidē meū bibetis: sedere aūt ad dexterā meā vel ad sinistrā/non est meū dare vobis: sed q̄b⁹ paratū est a patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duob⁹ fratribus. Jesus autem vocauit eos ad se: et ait. Scitis q᷑ principes gentium dominantur eorū: et q̄ maiores sunt potestatem exercēt in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicūqꝫ voluerit inter vos maior fieri/sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Sicut filius hois nō venit ministrari sed xx. C

ministrare: et dare aiam suam in redemptionē pro multis. Offer. Ad te dñe leuaui aiam meam: deus meus in te confido non erubescā: neqꝫ irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. V. Dirige me i veritate tua et doce me quia tu es de9 salutaris me9 et te sustinui tota die. Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus ppiti9 respice: et p hec sacrosctā commercia vincula pctōrū nostrorū absolue. Per do. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cōio. Justus dñs et iusticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Postcōio.

Prosit nobis domine qs mysterij frequentata perceptio: vt a vetustatis conditione purgati/ ad tue nouitatis incrementa tendamus. Per. Super populum Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deus innocentie restitutor et amator/dirige ad te tuorum corda seruorum: vt spūs tui feruore cōcepto: et in fide inueniātur stabiles/et i opere efficaces. Per dñm. in vnitate eiusdē. ¶ Feria.v.p st. Reminiscere. Ad missam. Officiū.

p.lxix Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me festina: confundantur et reuereātur inimici mei qui querunt animā meam. ps. Auertantur et erubescant qui volunt michi mala. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta nobis qs domine auxiliū gratie tue: vt ieiuniis et orationibus cōuenienter itēti/liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per. Lectio hieremie prophete.

xvij.a In diebus illis. Locut9 est hieremias ppheta dicens. Maledictus homo q cōfidit in hoie: et ponit carnē brachium suū: et a dño recedit cor ei9. Erit eīm quasi myrice in deserto: et non videbit cū venerit bonū: sed habitabit in siccitate in deserto/in terra salsuginis et inhabitabili. Bñdict9 vir q confidit in dño: et erit dñs fiducia ei9. Et erit quasi lignū qđ transplātat' sup aquas: qđ ad humorē mittit radices suas/et nō timebit cū venerit estus. Et erit foliū ei9 viride: et in tempore siccitatis non erit solicitum/nec aliquādo desinet facere fructū. Prauū est cor hois et inscrutabile quis cognoscet illud? Ego dñs scrutās corda et probans renes: q do vnicuiqꝫ iuxta viā suā/et iuxta fructum adinuentionū suarum. Dicit dñs omps. Grad.

Psal. lxxviij. Propiti9 esto dñe pctis nřis nequādo dicāt gētes vbi est deus eorū. V. Adiuua nos de9 salutaris nř/et propter honorē nominis tui dñe libera nos. Euangeliū. Secundū iohannē.

v. c. In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorū. Non possū ego a meipso facere qcꝙ: sed sicut audio iudico Et iudicium meū iustum est: qz non quero volūtatē meā/sed volūtatem ei9 q misit me. Si ego testioniū phibeo de meipo: testimoniū meū nō est verū. Ali9 est q testimoniū perhibet de me: et scio quia verū est testimoniū eius qđ phibet de me. Vos misistis ad iohānem: et testimonium perhibuit veritati. Ego autē non ab hoie testimonium accipio: sed hec dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens: vos autem voluistis ad horā exultare in luce ei9. Ego autē habeo testimonium maius iohanne. Opera enim q dedit michi pater vt perficiam ea: ipsa opera que ego facio testimonium perhibent de me: qui i pater me misit. Et qui misit me pater: ipe testimonium perhibuit de me. Neqꝫ vocem eius vnꝙ audistis: neqꝫ speciē eius vidistis. Et verbum eius nō habetis in vobis manēs: qz quē misit ille huic vos nō creditis.

Scrutamini scripturas qr vos pu-
tatis in ipsis vitam eternam habere:
et ille sunt q̃ testimoniũ perhibẽt de
me. Et non vultis venire ad me: vt
vitã habeatis. Claritatẽ ab hoib9 nõ
accipio: sed cognoui vos qr dilectio-
nẽ dei nõ habetis in vobis. Ego ve-
ni in nomine patris mei: et nõ accepi
stis me. Si ali9 venerit in noie suo:
illũ accipietis. Quomodo vos pote-
stis credere q̃ gloriã ab inuicẽ accipi
tis et gloriã q̃ a solo deo est nõ q̃ri-
tis? Nolite ergo putare qr ego accu-
saturus sum vos apud patrẽ: est qui
accusat vos moyses in quo vos spe
ratis. Si enim crederetis moysi: cre
deretis forsitan et michi: de me enĩ
ille scripsit. Si autem illius literis
non creditis: quomodo verbis meis
Exo. credetis? Offertorium. Precatus est moyses
xxxij. in conspectu domini dei sui et dixit:
precatus est moyses in conspectu
domini dei sui et dixit: quare domi-
ne irasceris in populo tuo? parce ire
aie tue/ memento abraham isaac et
iacob: qbus iurasti dare terrã fluen
tem lac et mel. et placatus factus est
dominus de malignitate quam di-
xit facere populo suo. V. Dixit dñs
ad moysen/ inuenisti gratiam in cõ
spectu meo et scio te pre oib9/ et festi
nans moyses inclinauit se in terrã
et adorauit dicens/ scio quia mise-
ricors es in milibus auferens ini-
quitatem et peccata. Secreta.

Deus cui oim sacrificiorum
varietate finita hostiã nunc
offerimus singularem/ adesto votis
tua inspiratione conceptis/ vt in te
sperantium et desideria iubeas per-
fici/ et peccata deleri. Per dominum
Prefatio. Qui corporali. Communio.
Johã Qui manducat meam carnem et bi-
vi. F. bit meum sanguinem/ in me manet
et ego in eo dicit dominus. Postcõio
Gratia tua nos domine quũ9
non derelinquat: q̃ et sacre nos
deditos faciat seruituti: et tuam no-
bis opem semper acquirat largita-
tis et ab omnibus tueatur aduersis.
Per dominũ. Super populũ. Humi
liate capita vestra deo. Oratio.

Adesto domine famulis tuis:
et perpetuã benignitatẽ largi
re poscentibus: vt hi qui te auctore
et gubernatore gloriantur: et cõgre
gata restaures/ et restaurata conser-
nes. Per dominũ. ¶ Feria. vi. post
Reminiscere. Ad missam. Officium

Ego autẽ cũ iustitia app- ps. xvi.
parebo in conspectu tuo satia-
bor dũ manifestabit gl̃ia
tua. ps. Exaudi dñe iusti
tiã meã: intende deprecationẽ meã.
Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Da q̃s omnipotens deus: vt sa
cro nos purificante ieiunio:
sinceris mentib9 ad sancta ventura fa
cias peruenire. Per. Lectiõ libri genesis

In diebus illis. Dixit ioseph vii. b.
fratribus suis. Audite som-
nium meũ quod vidi. Putabã nos
ligare manipulos in agro: et quasi
consurgere manipulum meum et sta
re: vestrosque manipulos circumstan-
tes/ adorare manipulum meum. Re
sponderunt fratres eius. Nũquid rex
noster eris aut subijciemur ditioni
tue. Hec ergo causa somniorũ atque
sermonum inuidie et odij fomitem
ministrauit. Aliud quoque vidit som
nium: quod narrans fratribus ait.
Vidi per somniũ quasi solem et lu-
nam et stellas vndecim adorare me.
Quod cũ patri suo et fratrib9 retulis-
set: increpauit eũ pater suus et dixit.
Quid sibi vult hoc somniũ quod vi
disti. Num ego et mater tua et fra-
tres tui adorabim9 te super terrã?
Inuidebãt igitur ei fratres sui/ pa
ter vero rẽ tacit9 cõsiderabat. Cũque
fratres illius i pascendis gregib9
patris morarentur in sichen: dixit ad
eũ israel. Fratres tui pascũt oues in

sichimis: veni / mittam te ad eos.
Quo respõdẽte presto sũ: ait. Vade:
et vide si cũcta ꝓspera sint erga fra
tres tuos et pecora / et renuncia mi:
chi quid agat. Missus de valle ebron:
venit in sichẽ. Inuenitq; eũ vir errã
tem in agro: et interrogauit eũ quid
quereret. At ille respõdit. Fratres meos
quero indica michi vbi pascunt gre:
ges. Dixitq; ei vir. Recesserũt de lo
co isto: audiui aũt eos dicentes / ea:
mus in dothaim. Perrexit ergo io:
seph post fratres suos / et inuenit
eos in dothaim. Qui cum vidissent
eũ procul / anteq̃ accederet ad eos /
cogitauerunt illum occidere / et mu:
tuo loquebãtur. Ecce sõniatoꝛ venit
venite occidamus eũ / et mittamus
in cisternam veterẽ / dicemusq; fera
pessima deuorauit eum. Et tunc ap
parebit qd illi prosint somnia sua.
Audiens autem hec ruben / nitebat
liberare eũ de manibus eorũ / et dice
bat Non interficiamus aĩam eius nec
effũdamus sanguinẽ sed ꝓiicite eũ
in cisternam hanc que est in solitudi
ne / manusq; vestras seruate innoxi
as. Hoc autẽ dicebat volens eũ eri:
pere de manibus eorum: et reddere pa:
tri suo. Gr. Ad dñm cum tribularer
clamaui: et exaudiuit me. Vs. Do:
mine libera animam meã a labiis
iniquis: et a lingua dolosa. Tract.
D. ñe nõ secundum peccata nostra.
quere supra feria sexta quatuor te
porum. Secundum matheum.
xxi. d In illo tpe. Dixit iesus discipu
lis suis / et turbis iudeorum.
Homo quidam erat paterfamilias:
qui plantauit vineam et sepem cir:
cundedit ei. Et fodit in ea torcular:
et edificauit turrim: et locauit eam
agricolis et peregre profectus est.
Cum autem tempus fructuum ap:
propinquasset: misit seruos suos
ad agricolas / vt acciperent fructus
eius. Et agricole (apprehensis seruis
eius) alium ceciderunt / alium occi:
derunt / alium vero lapidauerunt.
Iterum misit alios seruos plures
prioribus: et fecerũt illis similiter.
Nouissime autẽ misit ad eos filium
suũ: dicens. Verebũtur forte filium
meũ. Agricole autẽ videntes filium:
dixerũt intra se. Hic est heres / veni:
te occidamus eum: et habebimus he:
reditatẽ eius. Et apprehensum eum
eiecerũt extra vineam: et occiderunt.
Cum ergo venerit dominus vinee
quid faciet agricolis illis / Aiunt il:
li. Malos male perdet: et vineã suã
locabit aliis agricolis qui reddãt ei
fructũ tẽporibus suis. Dicit illis iesus.
Nunq̃ legistis in scripturis / lapidẽ
quem reprobauerũt edificantes: hic
factus est in caput anguli. A dño fa
ctum est istud: et est mirabile in ocu:
lis nostris? Ideo dico vobis: quia
auferetur a vobis regnum dei: et da
bitur genti facienti fructus eius. Et q̃
ceciderit super lapidem istũ: cõfrin:
getur. Sup quẽ vero ceciderit: cõte:
ret eũ. Et cũ audissent principes sa
cerdotũ et pharisei parabolas eius
cognouerunt q̃ de ipsis diceret. Et
querẽtes eũ tenere: timuerũt turbas.
Quoniã sicut prophetã: eũ habebãt.
Offer. Dñe i auxiliũ meum respice / Psal.
confundantur et reuereantur q̃ que: xxxiii
runt animã meã: vt auferant eam.
V. Auertantur retrorsum et erubescãt
qui cogitabant michi mala. Secreta.
Hec in nobis sacrificia domi:
ne deus / et actiõe permaneãt:
et operatione firmentur. Per. Prefat. Psal.
Qui corporali ieiun. Cõio. Tu dñe xi.
seruabis nos / et custodies nos a ge:
neratione hac in eternum. Postcõio
Hac nos domine quesumus ac
cepto pignore salutis eterne
sic tendere congruenter / vt ad eam
peruenire possimus. Per dominum
Super populum. Humiliate capi:
ta vestra deo. Oratio.

D A quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis: ut bonis operibus inherendo / tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dominum. ¶ Sabbato post Reminiscere. Ad missam. Officium

Psal. xviii.
Lex domini irreprehensibilis convertens animas: testimonium domini fidele sapientiam prestans parvulis. Ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Flectamus genua. Levate. Oratio.

D A quesumus domine nostris effectum ieiuniis salutarem ut castigatio carnis assumpta / ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per dominum. Lectio libri Genesis.

xxvii. A I N diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audivi patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo: et dicentem ei. Affer michi de venatione tua: et fac cibos ut comedam / et benedicam tibi coram domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis: et pergens ad gregem affer michi duos hedos optimos: ut faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur. Quas cum intuleris et comederit: benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit. Nosti quod esau frater meus homo pilosus sit: et ego lenis. Si attrectaverit me pater meus et senserit: timeo ne putet sibi me voluisse illudere: et inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me sit (ait) ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam: et pergens affer que dixi. Abiit / et attulit: deditque matri. Paravit illa cibos sicut noverat velle patrem illius: et vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi / induit eum. Pelliculasque hedorum circumdedit manibus: et colli nuda protexit. Deditque pulmentum: et panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis / dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitque iacob. Ego sum esau primogenitus tuus: feci tibi sicut precepisti michi: Surge: sede et comede de venatione mea: ut benedicat michi anima tua. Rursumque isaac ad filium suum. Quomodo (inquit) tam cito invenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit ut cito occurreret michi quod volebam. Dixitque isaac. Accede huc ut tangam te fili mi: et probem utrum tu sis filius meus esau / an non. Accessit ille ad patrem: et palpato eo / dixit isaac. Vox quidem / vox iacob est: sed manus manus sunt esau. Et non cognovit eum quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau. Respondit. Ego sum. At ille. Affer michi (inquit) cibos de venatione tua fili mi: ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset obtulit ei etiam et vinum. Quo hausto / dixit ad eum. Accede ad me: et da michi osculum fili mi. Accessit et osculatus est eum. Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam / benedicens illi ait. Ecce odor filii mei / sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam frumenti / vini / et olei / et serviant tibi populi / et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum / et incurventur ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi / sit ille maledictus / et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Vix isaac sermonem impleverat / et egresso iacob foras venit esau: coctosque de venatione cibos intulit patri: dicens. Surge pater mi / et comede de venatione filii tui: ut benedicat michi anima tua. Dixitque illi isaac. Quis enim es tu? Qui respondit. Ego sum filius tuus primogenitus esau. Expavit isaac stupore vehementi: et ultra quam cre

di potest admirans/ait. Quis igitur ille est qui dudum captā venationē attulit michi:et comedi ex omnibus priusq̄ tu venires? Benedixitq; illi et erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris / irrugijt clamore magno : et consternatus ait. Bñdic etiam et michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulēter : et accepit benedictionem tuam. At ille subiūxit. Iuste vocatum est nomen eius iacob:supplātauit eñi me en altera vice. Primogenita mea ante tulit:et nunc secundo surripuit benedictionē meam. Rursumq; ad patrem. Nunquid non reseruasti(ait)et michi benedictionem. Respōdit isaac. Dñm tuū illum constitui/et oēs fratres tuos seruituti illius subiugaui. Frumento/et vino/et oleo stabiliui eum:et tibi post hec fili mi vltra quid faciam? Cui esau. Num vnam (inquit) tm̄ bñdictionē habes pat. Michi quoq; obsecro vt benedicas. Cūq; eiulatu magno fleret : motus isaac dixit ad eū. In pinguedine terre et i rore celi desup:erit benedictio tua. Gr. Bonū est confiteri dño/et psallere noi tuo altissime. V. Ad annunciādū mane miaz tuā:et veritatē tuā p noctē. Euangel. Scdm lucā.

xv. C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis:parabolam hanc. Homo quidam/habuit duos filios: et dixit adolescentior ex illis patri. Pater/da michi portionem substantie que me contingit. Et diuisit illis substantiā. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescētior filius peregre profectus est i regionem longinquam / et ibi dissipauit substantiam suā viuēdo luxuriose. Et postq̄ omnia consummasset / facta est fames valida in regione illa et ipse cepit egere. Et abijt/et adhesit vni ciuium regionis illius : et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere vētrē suum de siliquis quas porci manducabant:et nemo illi dabat. In se autem reuersus:dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus:ego autem hic fame pereo? Surgam et ibo ad patrē meū:et dicā ei. Pater peccaui in celum et coram te:iam non sum dign⁹ vocari filius tuus/fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis. Et surgens:venit ad patrē suū. Cum autem adhuc longe esset: vidit illum pater ipsius/et mia motus est. Et accurrens cecidit sup collum ei⁹:et osculat⁹ est eum. Dixitq; ei filius. Pater/peccaui in celum et coram te:iam nō sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam/et induite illū:et date annulū in manū eius : et calciamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatū : et occidite:et manducemus: et epulemur:qz hic filius me⁹ mortuus erat et reuixit/perierat et inuentus est. Et ceperūt epulari. Erat autem filius eius senior : in agro. Et cum veniret et appropinquaret domui:audiuit symphoniam et chorū. Et vocauit vnum de seruis et interrogauit que hec essent. Isq; dixit illi. Frater tuus venit et occidit pater tuus vitulum saginatum/quia saluum illum recepit. Indignat⁹ est autem:et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illū. At ille respondens:dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi:et nunq̄ mandatum tuum preterui : et nūq̄ dedisti michi hedum vt cum amicis meis epularer. Sed postq̄ fili⁹ tu⁹ hic qui deuorauit substantiam suā cum meretricib⁹ venit:occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili/tu semp mecū es et oia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat:quia frater tuus hic mor

mus fuerat/et reuixit. Perierat: et inuentus est. Offer. Illumina ocu: los meos/ne vnq̃ obdormiã i mor: te:neq̃ dicat inimicus meus preua lui aduersꝰ eum. ℣. Usquequo domi: ne obliuisceris me in finem q̃diu ponã consilia in aĩa mea. Secreta.

HIs sacrificiis dñe concede pla cateꝰ vt qui propriis oramus absolui delictis:penis nõ grauemur eternis. Per. Prefatio Qui corpo: rali ieiunio. Com. Oportet te fili gaudere quia frater tuus mortuus fuerat/et reuixit:perierat et inuen: tus est. Postcommunio.

SAcramenti tui domine diui: na libatio penetralia nostri cordis infundat: ⁊ sui nos partici: pes potenter efficiat. Per. Sup ppl'z. Humiliate capita vestra deo. Oro.

FAmiliam tuã quesumus dñe continua pietate custodi: vt q̃ in sola spe gratie celestis innititur/ celesti etiam protectione muniatur. Per dñm. ¶ Dñica tertia quadrage sime. Ad missam. Officium.

Psal. xx iiij OCuli mei semper ad dñm q̃m ipse euellet de laqueo pedes meos:respice i me et miserere mei: quoniã vnicus et pauper sum ego. Ps. Ad te dñe leuaui aĩam meã:deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

QUesumus omnipotẽs deꝰ vo: ta humiliũ respice:atq̃ ad de: fensionẽ nostrã dexterã tue maiesta tis extẽde. Per dñm. Ad ephesios.

v A FRatres. Estote imitatores dei sicut filij charissimi et ambu: late in dilectione:sicut ⁊ christus di lexit nos:et tradidit semetipsũ pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio aũt et omnis immunditia/aut auaritia: nec nominetur in vobis/sicut decet sanctos. Aut turpitudo/aut stultilo quium/aut scurrilitas que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc aũt scitote intelligentes: q᷑ omnis fornicator/aut immundꝰ aut auarus quod est idolorum ser: uitus:non habet hereditatem in re: gno christi et dei. Nemo vos sedu: cat inanibus verbis/propter hec enim venit ira dei:in filios diffiden tie. Nolite ergo effici participes eo: rum. Eratis enim aliquando tene: bre/nunc autem lux in domino: vt filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est:in omni bonitate ⁊ iustitia: et veritate. Grad. Exurge domine non preualeat homo:iudicẽtur gen: tes in conspectu tuo ℣. In conuer: tendo inimicũ meũ retrorsũ:infirma bunt et perient a facie tua. Tractus

AD te leuaui oculos meos/qui habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorũ in manibꝰ dominorũ suorum. ℣. Et sicut oculi ancille in manibus dñe sue. ℣. Ita ocli nr̃i ad dñm deum nr̃m donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis. Euã. Scd̃m Lucã. Psal. cxxii.

IN illo tẽpore. Erat iesus eij: ciens demonium et illud erat mutũ. Et cũ eiecisset demonium/lo cutus est mutꝰ:et admirate sũt tur: be. Quidã autẽ ex eis/dixerunt. In beelzebub principe demoniorum: eiicit demonia. Et alij tentantes:si: gnũ de celo querebãt ab eo. Ipse au tem vt vidit cogitationes eorũ:dixit eis. Omne regnum in seipsũ diuisũ desolabitur:et domus supra domũ cadet. Si autem et sathanas in se: ipsũ diuisus est:quomodo stabit re: gnũ ipsius/q2 dicitis in beelzebub eiicere demonia? Si autem ego in beelzebub eiicio demonia: filij vr̃i in quo eiiciunt? Ideo et ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eiicio demonia:profecto peruenit in vos regnũ dei. Cum fortis armatus custodit atrium suũ in pace sũt ea q̃ xi. B

possidet. Si autem fortior illo superue
niens vicerit eum: vniuersa arma ei⁹
auferet in quibus confidebat/et spolia
eius distribuet. Qui non est mecum
contra me est: et qui non colligit mecum/
dispergit. Cum immundus spiritus exi:
erit ab homine: ambulat per loca ina:
quosa querens requiem/et non inue:
niens dicit. Reuertar in domum meam:
vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam
scopis mundatam. Tunc vadit/et
assumit septem alios spiritus secum
nequiores se: et ingressi habitant ibi.
Et fiunt nouissima hominis illius:
peiora prioribus. Factum est autem
cum hec diceret: extollens vocem que:
dam mulier de turba dixit illi. Bea:
tus venter qui te portauit/et vbera
que suxisti. At ille dixit. Quinimo
beati qui audiunt verbum dei: et
custodiunt illud. Offertorium. Iusticie
domini recte letificantes corda/et
dulciora super mel et fauum/nam et
seruus tuus custodit ea. Secreta.

Suscipe quesumus domine deuotorum
munera famulorum: et tua pietate
te diuinis purifica seruientes myste:
riis/quibus etiam iustificas ignoran:
tes. Per dominum. Prefatio quotidiana.
Psal. lxxxi Cho. Passer inuenit sibi domum/et
turtur nidum vbi reponat pullos suos
altaria tua domine virtutum/rex meus et
deus meus beati qui habitant in domo tua
in seculum seculi laudabunt te. Collectio.

A Cunctis nos domine reatibus
et periculis propiciatus ab:
solue/quos tanti mysterii tribuis
esse participes. Per dominum. Fer. iii.
post Oculi. Ad missam. Officium.

p. xlv. In deo laudabo verbum
in domino: laudabo ser:
monem/in deo speraui/non
timebo quid faciat michi
homo. Ps. Miserere mei deus quo:
niam conculcauit me homo: tota die
impugnans tribulauit me. Flecta:
mus genua. Leuate. Oratio.

Cordibus nostris quesumus
domine gratiam tuam benignus
infunde: vt sicut ab escis corpora:
libus abstinemus/ita sensus quo:
que nostros a noxiis retrahamus ex:
cessibus. Per. Lectio libri regum.

In diebus illis. Naaman prin:
ceps militie regis syrie: erat iiii. b A
vir magnus apud dominum suum/et
honoratus. Per illum enim dedit dominus
salutem syrie. Erat autem vir fortis
et diues/sed leprosus. Porro de sy:
ria egressi fuerant latrunculi/et ca:
ptiuam duxerant de terra israel puel:
lam paruulam/que erat in obsequio
vxoris naaman. Que ait ad dominam
suam. Utinam fuisset dominus meus ad
prophetam qui est in samaria/profecto
curasset eum a lepra quam habet.
Ingressus est itaque naaman ad dominum
suum/et nunciauit ei dicens. Sic et sic lo
cuta est puella de terra israel. Dixitque
ei rex syrie. Vade: et mittam literas
ad regem israel. Qui cum profectus
esset: et tulisset secum decem talenta argen
ti/et sex milia aureos/et decem muta:
toria vestimentorum: detulit literas
ad regem israel in hec verba. Cum
acceperis epistolam hanc scito quod mise:
rim ad te naaman seruum meum: vt cu:
res eum a lepra sua. Cumque legisset rex iiij.
israel literas: scidit vestimenta sua/
et ait. Nunquid deus ego sum vt occi:
dere possim et viuificare: quia iste mi:
sit ad me vt curem hominem a lepra
sua? Animaduertite et videte: quod
occasiones querat aduersum me.
Quod cum audisset heliseus vir dei:
scidisse videlicet regem israel vesti:
menta sua: misit ad eum dicens. Cur
scidisti vestimenta tua? Ueniat ad
me: et sciat esse prophetam in israel.
Uenit ergo naaman cum equis et cur
ribus: et stetit ad ostium domus heli
sei. Misitque ad eum heliseus nuncium:
dicens. Vade: et lauare septies in
iordane: et recipiet sanitatem caro

tua/atq mundaberis. Iratusq naaman recedebat: dicens. Putabam q egrederetur ad me et stans inuocaret nomen domini dei sui/et tangeret manu sua locum lepre/et curaret me. Nunquid nõ meliores sunt abana et pharphar fluuij damasci omnibus aquis israel: vt lauer i eis et munder? Cum ergo vertisset se et abiret idignãs: accesserunt ad eum serui sui/et locuti sunt ei. Pater/et si rem grandem dixisset tibi pphetatcertẽ facere debueras. Quãto magis/quia nunc dixit tibi: lauare/et mundaberis? Descendit et lauit in iordane septies/iuxta sermonẽ viri dei: et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: et mundatus est a lepra. Reuersusq ad virũ dei cũ vniuerso comitatu suo: venit et stetit corã eo et ait. Vere scio q nõ sit de9 alius i vniuersa terra nisi tm dñs de9 israel. Gr. Deus vitã meã nunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo. V. Miserere michi dñe quoniam cõculcauit me homo tota die bellans tribulauit me. Tractus. Domine non secundum. Quere supra feria. vj. quattuor temporum. Euangelium. Secundum lucam.

iiij. D In illo tempore. Dixerũt pharisei ad iesum. Quanta audiuimus facta in capharnaum fac et hic i patria tua. Ait autem. Amẽ dico vobis: q nemo propheta accept9 est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helie in israel: quando clausum est celũ annis tribus/et mensib9 sex: cũ facta esset fames magna in omni terra: et ad nullam illarum missus est helias/nisi in sareptam sidonie: ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in israel sub heliseo propheta: et nemo eorum mundat9 est: nisi naamã syrus. Et repleti sunt oẽs in synagoga ira: hec audientes. Et surrexerũt: et eiecerũt illum extra ciuitatem. Et duxerunt illum vsq ad supercilium mõtis super quẽ ciuitas illorũ erat edificata/vt preci pitarẽt eũ. Ipse autẽ transiens per medium illorum ibat. Offr. Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. V. Conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris: et expectabã eũ qui me saluum faciet. Secreta.

Munus quod tibi domine nostre seruitutis offerimus tu salutare nobis perfice sacramentũ. Per. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cõio. Quis dabit ex sion salutare israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue/exultabit iacob et letabitur israel. Postcõio.

Presta quesumus omnipotẽs et misericors deus: vt que ore contigimus: pura mente capiamus. Per dñm. Super ppłm. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Subueniat nobis quesum9 domine mia tua: vt ab imminentibus peccatorũ nostrorũ periculis te mereamur protegente eripi: te liberante saluari. Per do. Fer.iij. post Oculi. Ad missam. Officium.

Ego clamaui qm̃ exaudisti me deus/iclina aurem tuã et exaudi verba mea custodi: me dñe vt pupillã ocli: sub vmbra alarũ tuarũ protege me. V. Exaudi dñe iusticiam meã: intende deprecationem meam. Flectamus genua Leuate. Oratio. p.xvj

Exaudi nos omnipotens et misericors deus et continentie salutaris propicius nobis dona concede. Per do. Lectio libri regum.

In diebus illis. Mulier quedã clamabat ad heliseum prophetam/dicẽs. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus iiij. A

tuus fuit timens deum. Et ecce cre-
ditor venit / vt collat duos filios
meos: ad seruiendum sibi. Cui dixit
Heliseus. Quid vis vt faciam tibi?
Dic michi: quid habes i domo tua?
At illa respondit. Nō habeo ancilla
tua quicꝙ̄ in domo mea: nisi parum
olei quo vngar. Cui ait. Vade et pe
te mutuo ab omnibus vicinis tuis /
vasa vacua non pauca: & ingredere
domum tuam: & claude ostium cum
intrinsecus fueris / tu et filij tui. Et
mitte inde in omnia vasa hec: & cum
plena fuerint tolles. Iuit itaqꝫ mu-
lier / & clausit ostium super se et sup
filios suos. Illi offerebant vasa et
illa infundebat. Cumqꝫ plena fuissēt
vasa: dixit ad filium suū. Affer mi
chi vas adhuc. Et ille respōdit. Nō
habeo. Stetitqꝫ oleū. Venit autē il-
la: & indicauit hoī dei. Et ille. Vade
inquit vende oleū: et redde creditori
tuo. Tu autē & filij tui: viuite de re-
liquo. Gr. Ab occultis meis mun-
da me dñe: et ab alienis parce ser-
uo tuo. V. Si mei nō fuerint dñati
tunc immaculatus ero: & emundabor
a delicto maximo. Scd̄m matheū.
In illo tempore. Respiciens ie-
sus in discipulos suos: dixit si- xviij. B
moni petro. Si peccauerit in te fra-
ter tuus: vade / et corripe eum inter
te & ipsum solum. Si te audierit: lu
cratus eris fratrem tuum. Si autem
te non audierit / adhibe tecū adhuc
vnum vel duos: vt in ore duorum
vel trium testium stet omne verbū.
Quod si non audierit eos: dic eccle-
sie. Si autem ecclesiam non audie-
rit: sit tibi sicut ethnicus et publica-
nus. Amē dico vobis: quecūqꝫ alli-
gaueritis super terram / erunt liga-
ta et in celo. Et quecunqꝫ solueritis
super terram: erunt soluta et in ce-
lo. Iterum dico vobis quia si duo ex
vobis consenserint super terram de
oi re quācunqꝫ petierint / fiet illis
a patre meo qui in celis est. Vbi enī
sunt duo vel tres congregati in no-
mine meo: ibi sum i medio eoꝝ. Tūc
accedēs petrus ad eum: dixit. Dñe /
quotiēs peccabit in me frater meus /
et dimittam ei? Vsqꝫ septies? Dixit
illi iesus. Nō dico tibi vsqꝫ septies:
sed vsqꝫ septuagesies septies. Off.
Dextera domini fecit virtutē: dexte
ra dñi exaltauit me: non moriar sed
viuā & narrabo opera dñi. V. In tri
bulatione inuocaui dominū / & exau
diuit me in latitudine: quoniam do-
minus adiutor meus. Secreta.
Per hec veniat quesumus do
mine sacramenta nostre re-
demptionis effectus ꝗ nos & ab huma-
nis retrahat semper excessibus / & ad
salutaria cūcta pducat. Per. Pfatio.
Qui corporali ieiu. Cōio. Domine
quis habitabit in tabernaculo tuo?
aut quis requiescet in monte sancto
tuo? qui ingreditur sine macula: et
operatur iustitiam. Postcōmunio.
Sacris domine mysterijs expia
ti / et veniam quesumus con-
sequamur et gratiam. Per domi-
num. Super populum. Humiliate
capita vestra deo. Oratio.
Tua nos dñe protectione defē
de: & ab omni semper iniqui-
tate custodi. Per dñm. Fer. iiij.
post Oculi. Ad missam. Officiū.
Ego autem i domino spe- Psal.
raui: exultabo et letabor xxx.
in tua misericordia qr re
spexisti humilitatē meā.
Ps. In te dñe speraui non cōfundar
in eternum i iustitia tua libera me.
Flectamus genua leuate. Oratio.
Presta nobis quesumus dñe vt
salutaribus ieiunijs eruditi /
a noxijs quoqꝫ vitijs abstinentes p
piciationem tuorum facilius impetre
mus. Per dñm. Lectio libri exodi.
Hec dicit dominus deus. Honora xx. C
patrem tuū & matrem tuam: vt

ris lõgeuꝰ super terrã: quã dñs deꝰ
tuus dabit tibi. Nõ occides: nõ me-
chaberis/nõ furtũ facies: nõ loque
ris cõtra proximũ tuũ falsũ testimo-
niũ. Nõ cõcupisces domũ proximi
tui: nec desiderabis vxorẽ eius/non
seruũ/nõ ancillã: non bouẽ/non asi
nũ/nec oĩa que illius sunt. Cunctus
autẽ populus videbat voces/⁊ lãpa
des/et sonitũ buccine/mõtẽq; fumi
gantẽ. Et perterriti ac pauore per
culsi: steterunt procul dicentes moy
si. Loquere tu nobis: et audiemus.
Nõ loquatur nobis dñs: ne forte mo
riamur. Et ait moyses ad populũ.
Nolite timere. Ut enĩ probaret vos
venit deꝰ: et vt terror illiꝰ esset i vo
bis/et nõ peccaretis. Stetitq; popu
lus de longe/moyses autẽ accessit
ad caliginẽ in qua erat deꝰ. Dixitq;
preterea dñs ad moysen. Hec dices
filiis israel. Uos vidistis q de celo
locutus sũ vobis. Nõ facietis deos
argẽteos: nec deos aureos facietis
vobis. Altare de terra facietis michi
⁊ offeretis sup eo holocausta ⁊ paci-
fica vestra/oues vestras et boues.
In omni loco in quo memoria fue-
rit nominis mei. Gr. Miserere mi-
chi domine: quoniam infirmus sũ/
sana me dñe. V. Cõturbata sunt om
nia ossa mea: ⁊ anima mea turbata
est valde. Tr. De necessitatibꝰ eripe
me. vt s. Euange. Secdm matheum.
xv. A In illo tpe. Accesserũt ad iesũ
ab hierosolymis scribe et pha
risei: dicentes. Quare discipuli tui
trãsgrediunt traditiones seniorũ?
Nõ enĩ lauant manꝰ suas cum pa-
nẽ mãducãt. Ipse autẽ respõdẽs: ait
illis. Quare et vos transgredimini
mãdatũ dei pp̃ter traditionem ve-
stram? Nam deꝰ dixit. honora patrẽ
et matrem: ⁊ qui male dixerit patri
vel matri/morte moriatur. Uos au
tem dicitis: quicũq; dixerit patri vel
matri munus qdcũq; est ex me/ti-
bi proderit: et nõ honorificabit patrẽ
suum/et matrem suã. Et irritum fe
cistis mãdatũ dei/propter traditio-
nem vestram. Hypocrite/bene pro-
phetauit de vobis esaias dicẽs. Po
pulus hic labiis me honorat cor au
tem eorũ longe est a me. Sine causa
autẽ colunt me: docẽtes doctrinas ⁊
mãdata hominũ. Et cõuocatis ad se
turbis: dixit eis. Audite ⁊ intelligi-
te. Nõ qd intrat i os coinquinat hoĩem
sꝫ qd pcedit ex ore/hoc coinqnat ho
minẽ. Tũc accedẽtes discipuli eiꝰ: di
xerũt ei. Scis qꝛ pharisei audito ver
bo scandalizati sunt. At ille respon-
dẽs/ait. Oĩs plantatio quã nõ plan
tauit pater meꝰ celestis: eradicabit.
Sinite illos: ceci sunt et duces ceco-
rum. Cecus autẽ si ceco ducatũ pre-
stet: ambo in foueam cadunt. Respõ
dẽs autẽ petrꝰ: dixit ei. Edissere no-
bis: parabolam istã. At ille dixit. Ad
huc et vos sine itellectu estis. Nõ in
telligitis quia omne qd in os itrat:
in ventrẽ vadit/et isecessũ emittitur.
Que autẽ pcedũt de ore/de corde ex
eunt: et ea coinquinãt hoĩem. De cor-
de enĩ exeunt cogitationes male: ho-
micidia/adulteria/fornicationes/
furta/falsa testimonia: blasphemie.
Hec sunt q̃ coinquinãt hoĩem. Non
lotis autẽ manibꝰ mãducare: nõ coi-
quinat hoĩem. Offr. Dñe fac mecũ Psal.
scdm miam tuã pp̃ter nomẽ tuũ: qꝛ cviii.
suauis est mia tua. V. Deꝰ laudẽ meã
ne tacueris qꝛ os peccatoris: et os
dolosi sup me apertũ est. Secreta.
Suscipe quesumus dñe preces
populi tui cum oblationibus
hostiarum: et tua mysteria celebran-
tes/ab omnibus nos defende peri-
culis. Per dñm. Prefatio. Qui cor-
porali ieiu. Comunio. Notas michi
fecisti vias vite: adimplebis me leti
cia cũ vultu tuo domine. Postcõio.
Sanctificet nos quesumus dñe
qua pasti sumus mẽsa celestis

a cunctis erroribus expiatos/superinis promissionibus reddat acceptos. Per dnm. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Concede qs omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiam querimus: liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per. ¶ Fer. v. post Oculi ad missam. Officium.

Ecclesia. Salus populi ego sum dicit dns de quacunque tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illorum dns in perpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Flecta. genua leua. Oro.

Concede qs omnipotens deus: vt ieiuniorum nobis sancta deuotio: et purificationem tribuat et maiestati tue nos reddat acceptos. Per. dnm. ¶ Lectio hieremie prophete.

vii. A In diebus illis. Factus est sermo dni ad me dicens. Sta in porta domus dni: et predica ibi verbum istud: et dic. Audite verbum dni omnis iuda: qui ingredimini per portas has vt adoretis dnm. Hec dicit dns exercituum: deus israel. Bonas facite vias vestras et studia vestra: et habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: templum dni/templum dni/templum dni est. Quoniam si bene direxeritis vias vestras et studia vestra: si feceritis iudicium inter virum et proximum eius: aduene et pupillo et vidue non feceritis calumniam: nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc: et post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto: in terra quam dedi patribus vestris a seculo et vsque in seculum. Dicit dns omnipotens. Gr. Oculi omnium in te sperant dne: et tu das illis escam in tempore oportuno. vs. Aperis tu manum tuam/et imples omne animal benedictione. Euangelium. Secundum Iohannem.

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum. Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternam quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus vt operemur opera dei. Respondit iesus: et dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum: vt videamus et credamus tibi. Quid operaris. Patres nostri manducauerunt manna in deserto: sicut scriptum est. Panem de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis/non moyses dedit vobis panem de celo: sed pater meus dat vobis panem de celo verum. Panis enim dei est qui descendit de celo: et dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum. Dne/semper da nobis hunc panem. Dixit autem eis iesus. Ego sum panis vite. Qui venit ad me non esuriet: et qui credit in me non sitiet vnquam. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et super iram inimicorum meorum extendens manum tuam/et saluum me fecit dextera tua. Psal. cxxxvii.
vs. In quacunque die inuocauero te exaudi me domine: multiplicabis in anima mea virtutem. Secreta.

Hac nos dne qs ad sacra mysteria purificatis mentibus accedere: vt tibi semper competens deferamus obsequium. Per. Prefat. Qui corporali ieiu. Comio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōmunio. Psal. cxviii.

Sacramenti domine venerandi perceptio: et mystico nos mundet effectu/et perpetua virtute defendat. Per dnm. Sup populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Subiectum tibi populum quesumus dne propitiatio celestis am-

plificet: et tuis semper faciat servi-
re mandatis. Per. ¶Feria. vi. post
Oculi. Ad missam. Officium.

Psal. lxxxv Ac mecum dñe signum in
bonum: vt videãt q me
oderũt/⁊ cõfundantur:
qm tu dñe adiuuisti me
⁊ cõsolat⁹ es me. P. In-
clina dñe aurẽ tuã et exaudi me: qm
inops et pauper sum ego. Oratio.
IEiunia nr̃a qs dñe benigno
fauore prosequere: vt sicut ab
alimentis abstinemus in corpore/
ita a vitiis ieiunemus in mẽte. Per
dominum. Lectio libri Numeri.
xx. A IN dieb⁹ illis. Cõuenerũt filii
israel aduersũ moysen ⁊ aarõ
et versi in seditionẽ/dixerunt. Date
nobis aquã vt bibam⁹. Ingressiq
moyses et aaron (dimissa multitudi-
ne) ante tabernaculũ federis corrue-
rũt proni in terrã: clamauerũtq ad
dñm/atq dixerunt. Dñe deus/ex-
audi clamorẽ populi huius: ⁊ aperi
eis thesaurũ tuum/fontẽ aque viue
vt saciati cesset murmuratio eorũ.
Et apparuit gloria dñi super eos:
locutusq est dñs ad moysen/dicẽs.
Tolle virgã et cõgrega populũ tu ⁊
aarõ frater tu⁹: et loquimini ad pe-
trã corã eis: ⁊ illa dabit aquas. Cũq
eduxeris aquam de petra: bibet om-
nis multitudo/et iumẽta ei⁹. Tulit
igitur moyses virgã q erat in ꝯspe-
ctu dñi: sicut preceperat ei cõgregata
ꝗ multitudine ante petrã. Dixitq
eis. Audite rebelles ⁊ increduli. Nũ
de petra hac vobis aquã poterim⁹
eiicere? Cũq eleuasset manũ/percu-
tiens virga bis silicem/egresse sunt
aque largissime ita vt populus bibe-
ret/⁊ iumẽta. Dixitq dominus ad
Sanctifica q̄s domine nostra ieiunia: et cunctorum nobis propitius indulgentiam largire culparum. Per. Lectio ione prophete. iii. A

In diebus illis. Factū est verbū domini ad ionam prophetam secundo dicens. Surge/et vade in niniuē ciuitatem magnam: et predica in ea predicationē quā ego loquar ad te. Et surrexit ionas: et abijt i niniuen/iuxta verbum dn̄i. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierum triū. Et cepit ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: et clamauit et dixit. Adhuc quadraginta dies / et niniue subuertetur. Et crediderunt viri niniuite in domino et predicauerunt ieiunium/et vestiti sunt saccis a maiore vsq3 ad minorē. Et peruenit verbū ad regē niniue. Et surrexit de solio suo/et abiecit vestimentum suū a se/et indutus est sacco/et sedit in cinere. Et clamauit et dixit in niniue ex ore regis et principum eius: dicēs. Homines et iumenta et boues et pecora non gustēt q̄cq̄ nec paschantur: et aquā nō bibant. Et operiant saccis hoies

et inuneta clamens ad dñm in forti-
tudine. Et conuertatur vir a via sua
mala/& ab iniquitate q̄ est in manib⁹
eorū. Quis scit si conuertatur & igno
scat deus: et reuertatur a furore ire
sue/et nō peribimus. Et vidit deus
opera eorū: q̄ conuersi sunt de via sua
mala. Et misertus est deus super ma
liciam quā locutus fuerat vt faceret
eis: et nō fecit. Et misertus est pplo
suo/dñs de⁹ noster. Gr. Deus exau
di orationē meā/aurib⁹ percipe ver
ba oris mei. Vs. Deus in noīe tuo
saluum me fac/et in virtute tua li-
bera me. Tractus. Domine non se-
cundum. vt supra feria sexta post
Cinis. Secundum Johannem.

vij. E I N illo tēpore. Miserunt prin
cipes & pharisei ministros/vt
apprehenderent iesum. Dixit ergo
eis iesus. Adhuc modicū temp⁹ vo-
biscū sū: & vado ad eū qui misit me.
Queretis me & nō inuenietis/& vbi
sum ego/vos non potestis venire.
Dixerūt ergo iudei ad semetipsos.
Quo hic iturus est q̄ nō inueniemus
eū? Nunquid in dispsionē gētiū itu
rus est/et docturus gentes? Quis
est hic sermo quem dixit: queretis
me et non inuenietis / et vbi sum
ego / vos non potestis venire? In
nouissimo autem die magno festiui
tatis stabat iesus / et clamabat di-
cens. Si quis sitit/veniat ad me et
bibat. Qui credit in me/sicut dicit
scriptura/flumina de ventre eius
fluent aque viue. Hoc autē dixit de
spū quem accepturi erāt credentes
ps. vj. in eum. Offer. Domine conuertere
et eripe aīam meā: saluū me fac pro
pter misericordiam tuā. Vs. Domi-
ne ne in ira tua arguas me: neq; in
furore tuo corripias me. Secreta.

Sacrificium laudis de perce-
ptione tuorum dñe deferentes
presidiorū: q̄s vt percipiendi secu-
rius vtriusq; sumamus. Per dñm.

prestat. Qui corporali ie. Cōio. Dñs
virtutum ipse est rex glīe. Postcōio.

Sacramenti tui q̄s dñe partici
patio salutaris: & purificatio
nem nobis prebeat & medelam. Per
dominū. Super populum. Humi-
liate capita vestra deo. Oratio.

Da q̄s dñe populo tuo spirituē
veritatis et pacis: vt te tota
mente cognoscat: et que tibi placita
sunt: pia deuotione exerceat. Per d.
i vnitate eiusdē spūssancti de⁹. Fer.
iij. post Judica. Ad missam. Offm.

Expecta dñm viriliter age Psal.
et confortetur cor tuum xxvj.
et sustine dominum. ps.
Dñs illuminatio mea: et
salus mea quē timebo? Nō d. Glia
pri. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Nostra tibi q̄s domine sint ac
cepta ieiunia: que nos & ex-
piando gratia tua dignos efficiant
et ad remedia perducant eterna.
Per d. Lectio danielis prophete.

In diebus illis. Congregati xiiij. C
sunt babylonij ad regem: et di
xerunt ei. Trade nobis danielē qui
bel destruxit / et draconem interfe-
cit: alioquin interficiemus te et do-
mum tuam. Vidit ergo rex q̄ irrue
rent in eum vehementer: et necessi-
tate compulsus tradidit eis danielem.
Qui miserunt eum in lacū leonum
et erat ibi sex diebus. Porro in lacu
erāt leones septem: et dabantur eis
quotidie duo corpora/et duo oues.
Et tunc non data sunt eis: vt deuo-
rarent danielem. Erat autem aba-
cuch propheta in iudea: et ipse coxe-
rat pulmentum: & intriuerat panes
in alueolo: et ibat in cāpum vt fer-
ret messoribus. Dixitq; angel⁹ dñi
ad abacuch. Fer prandium qd̄ ha-
bes in babylonem: danieli qui est in
lacū leonum. Et dixit abacuch. Do-
mine: babylonem non vidi: & lacum
nescio. Et apprehēdit eum angelus

dam in vertice eius: et portauit eum
capillo capitis sui: posuitque eum in
babylone sup lacum/in impetu spũs
sui. Et clamauit abacuch: dicens.
Daniel serue dei: tolle prandiũ quod
tibi misit deus. Et ait daniel. Recor
datus enim es mei dñe deus me⁹: et
non dereliquisti diligentes te. Sur
gensque daniel comedit. Porro ange
lus domini restituit abacuch confe
stim in loco suo. Venit ergo rex die
septimo: vt lugeret danielem. Et
venit ad lacum et introspexit: et ec
ce daniel sedens in medio leonum.
Et exclamauit rex voce magna: di
cẽs. Magnus es domine de⁹ danie
lis. Et extraxit eum de lacu. Illos
autẽ qui perditionis eius causa fue
rant/intromisit in lacum/et deuora
ti sunt i momento corã eo. Tunc
rex ait. Paueant oẽs habitantes in
vniuersa terra: deum danielis/quia
ipse est liberator et saluator: faciẽs
signa et mirabilia/in celo et in terra.
Qui liberauit danielem: de lacu leo
nũ. Gr. Discerne causam meã dñe
ab hoĩe iniquo et doloso eripe me. V.
Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuã: ipsa
me deduxerũt et adduxerũt in mõtẽ
sanctum tuũ. Secundũ Johannẽ.
vii. A IN illo tẽpore. Ambulabat ies⁹
in galileã: nõ eñ volebat in iu
deã ambulare: qz querebãt eũ iudei in
terficere. Erat autẽ in proximo dies
festus iudeorũ scenophegia. Dixe
runt ergo ad eũ fratres ei⁹. Transi
hinc et vade in iudeã: vt et discipuli
tui videãt opera tua q̃ facis. Nemo
quippe in occulto aliquid facit: et q̃rit
ipse in palã esse. Si hec facis: mani
festa teipsum mundo. Neque eñ fra
tres ei⁹ credebant in eum. Dixit er
go eis iesus. Tempus meũ nõdum
aduenit: temp⁹ autẽ vestrũ semp est
paratum. Non potest mũdus odisse
vos: me autem odit: qz ego testimo
niũ phibeo de illo: qz opera ei⁹ ma
la sunt. Vos ascẽdite ad diẽ festum
hunc: ego autẽ non ascendã ad diẽ fe
stum istũ/qz tẽpus meũ nondũ iple
tũ est. Hec cum dixisset: ipse mansit
in galilea. Vt autem ascenderũt fra
tres ei⁹/tũc et ipse ascẽdit ad diẽ fe
stum: non manifeste sed quasi in oc
culto. Iudei ergo q̃rebãt eum in die
festo: et dicebant. Vbi est ille? Et
murmur multus erat de eo in tur
ba. Quidã enim dicebant qz bonus
est: alij autẽ dicebant non/sed seducit
turbas. Nemo tamẽ palã loquebat
de illo: pp̃ter metum iudeorũ. Offr.
Sperẽt in te oẽs qui nouerunt no
men tuũ dñe/qm̃ nõ derelinquis que
rentes te: psallite dño q̃ habitat i syõ
qm̃ nõ est oblit⁹ orõnẽ pauperũ. V.
Sedes sup thronũ q̃ iudicas equita
tem: increpasti gẽtes et periit impi⁹
iudicare populũ cũ iusticia/et fact⁹
es refugium pauperum. Secreta.
HOstias tibi domine deferim⁹
immolãdas/q̃ temporalẽ cõ
solationem nobis impendant: vt pro
missa certius non desperemus eter
na. Per. [illegible]. Qui corporali ieiu.
Cõio. Redime me deus israel ex om Psal. xxiiij.
nibus angustijs meis. Postcõio.
DAs q̃s omps deus vt que diui
na sunt iugiter exequẽtes do
nis mereamur celestib⁹ propinqua
re. Per dominum. Super populum.
Humiliate capita vestra deo. Orõ.
DA nobis dñe q̃s perseueran
tem in tua voluntate famula
tum: vt in diebus nostris et merito
et numero populus tibi seruiens
augeatur. Per dñz. ¶ Feria quarta
post Judica. Ad missam. Officium.
LIberator meus de gẽti Ps. xvij
bus iracũdis: ab insurgen
tibus in me exaltabis me/
a viro iniquo eripies me
dñe. Ps. Diligam te dñe fortitudo
mea: dñs firmamentũ meũ et refu
gium meum. Ne dicitur. Gloria patri.

Flectamus genua Leuate. Oratio.
Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium miserator illustra:et quibus deuotionis prestas affectum:prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per dominum. Lectio libri Leuitici.
In diebus illis. Locutus est do
xix. g minus ad moysen dicens. Loquere ad vniuersum cetum filiorum israel:et dices ad eos. Ego dns deus vester. Non facietis furtum:non mentiemini:nec decipiet vnusquisqꝫ proximum suum. Nõ periurabis in nomine meo:nec pollues nomen dei tui. Ego dns. Non facies calumniã proximo tuo:nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te:vsqꝫ mane. Non maledices surdo/nec corã ceco pones offendiculum sed timebis dñm deum tuum:qꝛ ego sum dns. Non facies qd iniquum est nec iniuste iudicabis. Nõ cõsideres psonã pauperis:nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator / nec susurro in populis. Nõ stabis cõtra sanguinem proximi tui. Ego dns. Non oderis fratrem tuum in corde tuo:sed publice argue eum/ne habeas super illo peccatum. Nõ queras vltionem inimicorum:nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum dominus deus vester. Gr. Exaltabo te
Psal. xxix. domine quoniã suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. V. Domine de⁹ me⁹ clamaui ad te et sanasti me / domine abstraxisti ab inferis animam meam/saluasti me a descendentibus in lacum. Tractus. De necessitatibus. vts. feria. iiij. post Reminiscere. Scdm Iohannẽ.
In illo tempore. Facta sunt encenia in hierosolimis et hyems erat:et ambulabat iesus in templo in porticu salomonis. Circũdederũt ergo eũ iudei:et dicebãt ei. Quousqꝫ animam nostram tollis? Si tu es christus dic nobis palam. Respondit eis ies⁹. Loquor vobis:et nõ creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei:hec testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis quia nõ estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meam audiunt:et ego cognosco eas/et sequuntur me. Et ego vitam eternam do eis/et non peribunt in eternum : et non rapiet eas quisqꝫ de manu mea. Pater meus quod dedit michi mai⁹ omnib⁹ est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater vnum sum⁹. Sustulerunt ergo lapides iudei:vt lapidarent eum. Respondit eis iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo : propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te:sed de blasphemia. Et quia tu homo cum sis:facis teipsum deum. Respondit eis iesus. Nonne scriptum est in lege vestra:quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est/et nõ potest solui scriptura:quem pater sanctificauit/et misit in mundum / vos dicitis quia blasphemas/quia dixi filius dei sum. Si non facio opera patris mei:nolite credere michi. Si autem facio/et si michi non vultis credere:operibus credite. Ut cognoscatis et credatis quia pater i me est et ego i patre. Offr. Eripe me de ini Psal. lviii.
micis meis de⁹ me⁹:et ab insurgentibus in me libera me dñe. V. Quia ecce ceperunt animam meam:et irruerunt in me fortes. Secreta.
Annue nobis quesumus misericors deus/vt hostias placationis et laudis/sincero tibi deferamus obsequio. Per. Prefa. Qui corporali ieiu. Cõio. Lauabo inter

inocētes manꝰ meas: ⁊ circuibo alta re tuū dn̄e/ vt audiā vocē laudꝫ tue ⁊ enarrē vniuersa mirabilia tua. p̄c.

Celestis doni benedictione p̄cepta supplices te deꝰ omnipotens deprecamur/ vt hoc idem nobis et sacramenti causa fit/ ⁊ salutis. Per dn̄m. Super populum Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Adueniat q̄sumꝰ dn̄e mia sperata supplicibus: et eis celesti munificentia tribuatur quatenus ⁊ recte petenda postulent/ et postulata percipiant Per dn̄m. ¶ Feria. v. post Judica. Ad missam. Officiū.

Dan. iij. C Omnia que fecisti nobis domine / in vero iudicio fecisti: qꝛ peccauimꝰ tibi: ⁊ mādatis tuis nō obediuimus: sed da gloriā nomini tuo ⁊ fac nobiscū scd̄m multitudinē misericordie tue. p̄s. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri: in monte sancto eius. Non dr̄ Gloria patri. Oremꝰ Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta q̄s oipotēs deus: vt dignitas conditionis humane per immoderantiam sauciata medicinalis parsimonie studio reformetur. Per. Lectio danielis prophete.

iij. D In diebus illis. Orauit daniel/ dicens. Domine deus israel ne despicias populum tuum/ neq̧ auferas misericordiam tuam/ a nobis. Propter abrahā dilectū tuū/ et isaac seruum tuum: et israel sanctum tuum: quibus locutus es pollicens ꝙ multiplicares semen eorum sicut stellas celi/ et sicut arenā que est in littore maris. Quia domine imminuti sumus plusq̄ omnes gētes: sumusq̧ humiles in vniuersa terra hodie propter pctā nostra. Et non est in tempore hoc princeps/ et dux/ ⁊ propheta: neq̧ holocaustum neq̧ sacrificium/ neq̧ oblatio/ neq̧ incensū/ neq̧ locus primitiarū corā te: vt possimus inuenire misericordiā tuā/ sed in aīo cōtrito et spū humilitatis suscipiamur. Sicut ī holocausto arietū ⁊ taurorū: et sicut ī milibꝰ agnorꝫ pinguiū/ sic fiat sacrificiū nostrū ī conspectu tuo hodie: vt placeat tibi: qm̄ non est confusio cō fidētibus ī te. Et nūc domine sequimur te in toto corde: et timemus te/ ⁊ querimꝰ faciē tuā. Ne confundas nos/ sed fac nobiscū iuxta mansuetudinē tuā: ⁊ scd̄m multitudinē mie tue. Et erue nos ī mirabilibꝰ tuis ⁊ da gloriam nomini tuo dn̄e/ et confundant oēs qui ostendunt seruis tuis mala. Confundantur in oipotētia: et robur eorum cōteratur. Et sciant quia tu es dn̄s deus solus/ ⁊ gloriosus super omnē terram: dn̄s deꝰ noster. Gr. Tollite hostias ⁊ introite in atria eius/ adorate dn̄m in aula sācta eius. v. Reuelabit dominus condensa: et in tēplo eius omnes dicent gloriam. Scd̄m iohānē.

vij. F In illo tpe. Cū audissent quidā de turba sermones iesu dicebāt. Hic est vere propheta. Alij dicebāt. Hic est xp̄s. Quidā autē dicebāt. Nunquid a galilea xp̄s venit? Nonne scriptura dicit: qꝛ ex semine dauid/ ⁊ de bethleem castello vbi erat dauid: venturus est christus. Dissensio itaq̧ facta est ī turba/ propter eū Quidam autē ex ipsis volebāt apprehēdere eum/ sed nemo misit super illū manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos: et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eū? Responderunt ministri. Nunq̄ sic locutus est homo: sicut hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisei. Nunquid ⁊ vos seducti estis? Nūquid aliq̧s ex principibus credidit in eum/ aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem/ maledicti sunt. Dixit ni:

chodemus ad eos/ille qui venit ad eum nocte: qui vnus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hoiem nisi prius audierit ab ipso: et cognouerit quid faciat. Responderunt et dixerunt ei. Nunqd et tu galileus es? Scrutare scripturas/et vide: quia propheta a galilea non surgit. Et reuersi sunt vnusquisqs in domum suam.
Psal. cxxxvi. Offer. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui sion. V. Memento dne filiorum edon/in die hierusalem. Secr.

Domine deus noster qui i his potius creaturis quas ad fragilitatis nostre subsidium condidisti/tuo quoqs nomini munera iussisti dicanda constitui: tribue qs vt et vite nobis presentis auxiliu/et eternitatis efficiant sacramentu. Per dnm. Prefat. Qui corporali ieiu. Com.
Psal. xviii. Memento verbi tui seruo tuo dne in quo michi spem dedisti: hec me consolata est i humilitate mea. Postcõio.

Quod ore sumpsimus dne pura mente capiamus: et de munere temporali fiat remedium sempiternum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Esto qsumus dne propitius plebi tue: vt que tibi non placent respuentes/tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per dnm.
Feria. vi. post Judica. Officium.

p.xxx.
Miserere michi dne qm tribulor/libera me et eripe me de manibus inimicorum meorum et a persequentibus me dne non confundar qm inuocaui te ps. In te dne speraui non confundar in eternu: in iustitia tua libera me. Non dicitur Gloria patri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Cordibus nostris quesumus dne auxilium gratie tue benignus infunde: vt peccata nra castigatione voluntaria cohibentes/temporaliter potius maceremur qp suppliciis deputemur eternis. Per do.
Lectio hieremie prophete.

In diebus illis. Dixit hieremias. Domine/omnes q te dereliquunt confundentur: recedentes a te in terra scribentur: qm dereliquerunt venam aquarum viuentium dnm. Sana me dne et sanabor: saluum me fac et saluus ero: quoniam laus mea tu es. xvii. c
Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbum dni? Ueniat. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens: et diem hominis non desideraui tu scis. Quod egressum est de labiis meis: rectum in conspectu tuo fuit. Non sis michi tu formidini spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur/et non confundar ego. Paueant illi et non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: et duplici contritione contere eos/dne deus noster. Gr. Pacifice loquebantur michi inimici mei: et in ira molesti erant michi. V. Uidisti dne deus meus ne sileas: ne discedas a me. Tractus. Dne non scdm. vt supra.
Fer. vi. post Oculi. Scdm Johem. xi. F

In illo tpe. Collegerunt pontifices et pharisei consilium aduersus iesum: et dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic: oes credent in eum. Et venient romani: et tollent nostrum locum et gentem. Unus autem ex ipis caiphas nomine: cum esset pontifex anni illius: dixit eis. Uos nescitis quicqs: nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo/et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius prophetauit qz iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente: sed vt filios dei qui erant dispersi/congregaret in vnum. Ab illo ergo die: cogitauerunt vt inter-

ficerent eum. Jesus ergo iam nō in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionem iuxta desertum/ in ciuitatē que dicitur effrem. Et ibi morabatur: cū discipulis suis. Offer. Benedictus es dn̄e doce me iustificationes tuas: et nō tradas calūniātib⁹ me superbis: et rn̄debo exprobrātib⁹ michi verbū. ℣. Uidi non seruātes pactū et tabescebam: dn̄e qn̄ facies de persequētib⁹ me iudiciū. Secr.

Presta nobis q̄s misericors deus: vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur: et eorum perpetua participatione saluari. p. Prefat. Qui cor. Cōio. Ne tradideris me dn̄e in aīas persequētiū me: q̄r insurrexerūt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. Postcōio.

Sumpti sacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia semper a nobis cūcta repellat. Per dn̄m. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Orō.

Concede nobis quesumus dn̄e veniā peccatorum/ et religionis augmentum: atq̄ vt in nobis tua dona multiplices/ tuis fac mandatis promptiores. Per dn̄z. ¶ Sabbato post Judica. Ad missam. Officiū.

p. xxx Miserere michi dn̄e qm̄ tribulor: libera me et eripe me de manib⁹ inimicorū meorū et a persequētib⁹ me dn̄e nō confundar qm̄ inuocaui te. ps. In te dn̄e speraui nō cōfundar in eternū: i iusticia tua libera me. Nō dr̄ Glia pri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Proficiat q̄s domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita quanto maiestati tue fit gratior/ tāto donis potioribus augeatur. Per.

Lectio Hieremie prophete.

xviii. C In diebus illis. Dixerunt impij iudei adinuicē. Uenite cogitemus cōtra iustum cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote/ neq̄ consilium a sapiente: nec sermo a propheta. Uenite et percutiamus eum lingua: et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende domine ad me: et audi voces aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malū: quia foderunt foueā aīe mee. Recordare q̄ steterim in cōspectu tuo vt loquerer pro eis bonum: et auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem: et deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absq̄ liberis et vidue: et viri earū interficiātur morte. Juuenes eorū cōfodiātur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorū. Adduces eni super eos latronē repente: q̄r foderūt foueam vt caperent me/ et laqueos absconderūt pedibus meis. Tu autē dn̄e scis omne consilium eorum aduersum me: in mortē. Ne ppitieris iniquitati eorum et peccatū eorū a facie tua non deleatur. Fiāt corruētes in cōspectu tuo: in tēpore furoris tui/ dn̄e deus meus. Gr. Pacifice loquebātur michi inimici mei: et in ira molesti erāt michi. ℣. Uidisti dn̄e deus meus ne sileas: ne discedas a me. S iohānē.

vi. F. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis/ et turbis iudeorum. Amen amen dico vobis nisi manducaueritis carnem filij hominis: et biberitis eius sāguinem: nō habebitis vitam in vobis. Qui mādicat meam carnem/ et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Caro enim mea vere est cibus: et sāguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem/ et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuēs pater/ et ego viuo propter patrem. Et qui manducat me: et ipse viuet

propter me. Hic est panis qui de ce:
lo descēdit. Nō sicut mādũcauerũt
patres vestri manna in deserto / et
mortui sunt. Qui mãducat hunc pa
nem viuet in eternum. Hec dixit in
synagoga/docēs sabbato in caphar
naum. Multi autem audientes ex di
scipulis eius: dixerunt. Durus est
hic sermo. Quis potest eum audire?
Sciens autem iesus apud semetip:
sum/quia murmurarent de hoc di:
scipuli eius/dixit eis. Hoc vos scā:
dalizat. Si ergo videritis filium ho
minis ascendentem vbi erat prius:
spiritus est qui viuificat/caro non
prodest quicꝙ. Verba que ego locu:
tus sum vobis spiritus et vita sũt.
Sed sunt quidam ex vobis: qui nō
credunt. Sciebat autem ab initio ie:
sus qui essent credentes: et quis tra
diturus esset eum/et dicebat. Pro:
pterea dixi vobis: quia nemo potest
venire ad me nisi fuerit ei datum a
patre meo. Ex hoc ergo multi disci:
pulorum eius abierunt retro: ꝛ iam
non cum illo ambulabant. Dixit er
go iesus ad duodecim. Nunquid et
vos vultis abire? Respondit ergo ei
simon petrꝰ. Domine/ad quem ibi:
mus? Verba vite eterne habes? Et
nos credimus et cognouimus: quia
tu es christus filius dei. Respondit
eis Jesus. Nonne ego vos duode:
cim elegi: et vnus ex vobis diabo:
lus est? Dicebat autem de iuda si:
monis scariothis. Hic enim erat tra
diturus eum: cum esset vnus ex
Psal. lxxix. duodecim. Offertorium. Recordare
ꝙ steterim in conspectu tuo: vt lo:
querer pro eis bonum: et auerterem
indignationem tuam ab eis. ℣sus.
Qui regis israel intende: qui dedu
cis velut ouem ioseph. Secreta.
Suscipe creator oṗs que iein:
nantes de tue munificẽtie lar
gitate deferimus ꝛ pro tēporali no:
bis collata presidio: ad vitam cõuer
te propitiatus eternã. Per ꝺ. Prefa.
Qui corporali iein. Cōio. Ne tradi:
dideris me dñe in aĩas persequẽtiũ
me: quia insurrexerũt in me testes
iniqꝫ ꝛ mẽtita est iniqtas sibi. Pꝰcō.
Diuini muneris largitate sa:
ciati/quesumus dñe deus no:
ster vt huius semper participatione
viuamꝰ. Per ꝺ. Super populũ. Hu:
miliate capita vestra deo. Oratio.
Ueatur quesumꝰ dextera tua
populum deprecantem: ꝛ pu
rificatum dignanter erudiat: vt et
consolatione presenti foueatur: et
ad futura bona proficiat. Per dñm.
Dñica in ramis palmarum: post
aspersionem aque benedicte legatur
hec lectio ad gradum altaris ex par:
te australi ab accolito alba induto:
super flores et frondes cum suo ti:
tulo. Lectio libri Exodi.
In diebus illis. Uenerunt filii xv. D.
israel in helim/vbi erãt fontes
aquarum duodecim: et septuaginta
palme: et castrametati sunt iuxta a:
quas. Profectiꝗ sũt de helim/et ve
nit omnis multitudo filiorum isrl
in desertum sin/quod est inter helim
et sinai: quintodecimo die mensis se
cundi Postꝙ egressi sunt de terra
egypti. Et murmurauit omnis con
gregatio filiorum israel cõtra moy
sen et aaron in solitudine. Dixerũt
ꝙ filii israel ad eos. Utinã mortui
essemus per manũ dñi in terra egy
pti quãdo: sedebamus sup ollas car
nium et comedebamus panem in sa
turitate. Cur induxistis nos in de:
sertum istud vt occideritis omnem
multitudinem fame? Dixit autẽ do:
minus ad moysen. Ecce ego pluam
vobis panes de celo. Egrediatur po
pulus ꝛ colligat q̃ sufficiũt p singu:
los dies: vt tentẽ eũ vtrũ ambulet ĩ
lege mea an non. Die autem sexto
parẽt qđ inferãt: ꝛ sit duplũ ꝙ colli
gere solebant per singulos dies.

Dixeruntq; moyses et aaron/ad omnes filios israel. Vespere scietis q dominus eduxerit vos de terra egypti: et mane videbitis gloriam domini. Audiuit enim murmur vestrū contra dominū. Nos vero quid sumus: quia mussitastis cōtra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dñs vespere carnes edere: et mane panes in saturitate: eo q audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis contra eum. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum: sed contra dominum. Dixitq; moyses ad aaron. Dic vniuerse congregationi filiorum israel. Accedite coram domino: audiuit enim murmur vestrum. Cumq; loqueretur aarō ad omnem cetum filiorum israel: respexerunt ad solitudinē. Et ecce gloria domini apparuit i nube.

Statimq; sequatur euangelium: et legatur vbi leguntur euangelia i fest. diebus a diacono ad orientem cōuerso/more simplicis festi post acceptā benedictionem. Secundū iohannē.

xij. B. In illo tpe. Turba multa q cō uenerat ad diē festū: cū audissent q venit ies9 hierosolymā: acceperūt ramos palmarū/et processerunt obuiā ei et clamabāt. Osanna bñdictus q venit in noie dñi rex isrl. Et inuenit ies9 asellū/et sedit super eū: sicut scriptum est. Noli timere filia sion/ecce rex tu9 venit tibi māsuet9 sedens super pullū asine. Hec non cognouerunt discipuli ei9 primum: sed qñ glorificatus est iesus / tunc recordati sunt q hec erāt scripta de eo/et hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba: q erat cū eo qñ lazarū vocauit de monumento/ et suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiā venit ei turba: quia audierant eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis q nichil proficim9. Ecce mundus totus: post eum abijt.

Finito euangelio sequatur benedictio florū et frōdium a sacerdote induto cappa serica rubea sup gradū tertiū altaris ad australē cōuersō: positis p9 palmis cū florib9 supra altare p clericis/pro alijs vero/ sup gradū altaris in parte australi.

Exorcizo te creatura florum vel frondium: in nomine dei patris omnipotentis: et in nomine iesu christi filij eius dñi nostri/et in virtute spūsscti. Proinde omnis virtus aduersarij/omnis exercit9 diaboli/omnisq; potestas inimici/omnis incursio demonum: eradicare et explantare ab hac creatura florum vel frōdium: vt ad dei gratiam festinanciū: vestigia insidiando nō assequaris. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignē. R. Amen. Deinde dicunt orationes sine Dñs vobiscū. sed tantum cum Oremus. Oratio.

Omnipotēs sēpiterne de9 qui in diluuij effusione noe famulo tuo per os colūbe gestantis ramum oliue pacē terris redditā nūciasti: te supplices deprecamur vt hanc creaturā florum et frōdium spatulasq; palmarū seu frondes arborū quas ante conspectū glorie tue offerimus veritas tua sancti + ficet: vt deuot9 populus in manib9 eas suscipiēs/ bñdictionis tue gratiā consequi mereatur. Per xpm. Et dicūt oēs orationes sub tono lect. et cū Oremus.

Deus cuius fili9 pro salute generis humani de celo descendit ad terras: et appropinquāte hora passionis sue hierosolimā in asino sedens venire: et a turbis rex appellari ac laudari voluit: auge fidem in te sperātium: et supplicū preces clementer exaudi. Veniat que sumus super nos domine mia tua: et hos palmarū ceterarūq; arborum

ramos bñ ✠ dicere dignare vt oēs q̄ eos laturi sunt/bñdictionis tue dono repleant. Cōcede ergo dñe vt sicut hebꝛeoꝝ pueri osanna in excelsis clamātes eidē filio tuo dño nr̄o iesu xp̄o cū ramis palmarū occurrerūt: ita nos arboꝝ ramos gestātes: cū bonis operib⁹ occurram⁹ obuiā xp̄o: ⁊ pueniam⁹ ad gaudiū sempiternū. Per eūdē xp̄m dñm nr̄m. Oꝛo.

Deus qui dispersa ꝯgregas/ ⁊ congregata conseruas: qui populis obuiam chꝛisto iesu ramos palmarū poꝛtātib⁹ bñdixisti: bene ✠ dic etiam et hos ramos palmarū ceterarumq̄ arboꝛum/quos tui famuli ad nois tui benedictionē fideliter suscipiunt: vt in quēcunq̄ locū introducti fuerint/tuā bñdictionem habitatoꝛes illius loci oēs ꝯsequantur: ita vt omni aduersa valitudine effugata / dextera tua protegat quos redemit. Per eundē dñm. Hic aspergantur floꝛes et frondes aqua benedicta et thurificētur. Deinde dr̄ Dñs vobiscum. ⁊ Oꝛemus. Oꝛo.

Domine iesu xp̄e fili dei viui: mūdi cōditoꝛ et redemptoꝛ: q̄ nr̄e liberatiōis ⁊ saluationis gr̄a ex sūma celi arce descēdere/carnē sumere/et passionē subire dignat⁹ es: q̄q̄ spōte ppꝛia loco eiusdē passionis appꝛopiquās a turbis cū ramis palmarū obuiātib⁹ bñdici/laudari/ et rex bñdict⁹ q̄ venit i noie dñi veniens clara voce appellari voluisti tu nūc nr̄e ꝓcessionis laudationē acceptare: et hos palmarū ceterarumq̄ arboꝛum ac floꝝ ramos bñ ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris: vt quicūq̄ in tue virtutis obseq̄o exinde aliq̄d tulerit: celesti bñdictione sanctificat⁹ pctōꝝ remissionem ⁊ vite eterna pm̄ia percipere mereat. Per te iesu xp̄e saluatoꝛ mundi: qui cum pr̄e ⁊ spiritu sancto viuis et regnas de⁹. Per oīa secula sctōꝝ. ℞ Amen.

His itaq̄ pactis: statī distribuātur palme: et interim cātent̄ hec sequētes aīe a cātoꝛe icip. aā Pueri hebꝛeoꝛum tollentes. Alia. aā Pueri hebꝛeoꝝ vestimē. Dū distribuūt̄ rami: pꝛeparet̄ feretrū cū reliquijs: in quo coꝛpus xp̄i in pixide dependeat: ⁊ ad locū pꝛime stationis a duob⁹ clericis de secunda foꝛma non ꝓced. sequēdo: sed ad locum pꝛime stationis obuiam veniēdo: habitu non mutato: lumē deferatur i laterna ꝓcedēte cū cruce denudata : et duobus vexillis pꝛecedētib⁹. Deide eat ꝓcessio vsq̄ ad locum pꝛime stationis. Sineq̄ ministri ꝓcessionis albis circumamicti/absq̄ tunicis vel casulis induti : ita tñ q̄ sacerdos sit in cappa serica rubea : choꝛo itaq̄ sequente habitu non mutato. In eundo. aā. Pꝛima autē. aā Cum appꝛopinquaret. Si autem nō sufficiant due aīe pꝛedicte vsq̄ ad locum pꝛime stationis : tunc sequantur he aīe sex. aā. Cū audisset. aā Ante sex. aā Ast sex dies passionis. Hic fiat pꝛima statio : videlicet ex parte eccl'ie boꝛeali in extrema parte oꝛiētali: et legatur hoc euāg. Cū appꝛopinquasset ies⁹. Legēre hoc euāg. i pꝛima do. aduēt⁹ dñi: ⁊ legat̄ ab ipso diacono īduto ad ꝓcess. nō iuxta crucē sed āte sacerd. loco paruper sec⁹ stationē illi⁹ diaconi mutato. Etiam ipo diacono ad boꝛealē cōuerso: ⁊ legat̄ sicut i festo simplici. ix. lect. benedictione pꝛius accepta moꝛe solito. Finito euangelio tres clerici de secūda foꝛma/habitu non mutato/cōuersi ad populum stātes an̄ magnā crucē ex parte occidentali/simul canēt̄ hoc. En rex venit. Post singulos vero v̄sus executoꝛ officij incipiat. aā Salue. cōuersus ad reliquias: quā pꝛosequat̄ choꝛus cū genuflexione osculando terram. Ab ipso autem executoꝛe officij/pꝛimo cum choꝛo fiat genufle

rio. Clerici añ reliquias. ꝟ. En rex.
Senior. añ. Salue quē. Chorus re:
surgēdo ꝓsequatur. Testat. Itē cle
rici ante reliquias loco non mutato
dicant. ꝟ. Hic est q̄ de edō. Itē seni:
or loco non mutato/dicat ꝟ. Salue
lux mundi. Chorꝰ resurgēdo prose
quat. Rex regū. Item clerici añ re:
liquias loco non mutato/dicant. ꝟ.
Hic est ille. Item senior loco nō mu
tato/dicat añ. Salue nostra salus.
Chorus resurgēdo prosequat. Pax
vera. Deinde eat ꝓces. ad locum se:
cunde stationis: et feretrū cū capsula
reliquiarū pariter cū luce in laterna in
ter suddia. et thuribulo. deferatur/
cū vexillis ex vtraq̧ parte: cantore
incipiēte. añ. Dignꝰ es dñe. Añ. Oc:
currunt turbe. Si autē nō sufficiāt
he due añe ad locum secunde statio:
nis: tunc cantētur hec duo Rña/vel
vnū eorū. Rꝶ. Dñs iesus. ꝟ. Cōuene:
runt. Rꝶ. Cogitauerunt. ꝟ. Testimo:
nium. Hic fiat scda statio: vcꝫ ex par
te ecclesie australi vbi septem pueri in
loco eminētiori sunt cantēt. ꝟ. Glia
laus. Chorus idem repetat post vnū
quēq̧ ꝟ. Israel es tu rex. ꝟ. Cetus i ex
celsis. ꝟsus. Plebs hebrea. Peracta
hac statione erit ꝓces. p mediū clau
stri a dextera manu vsq̧ ad ostium
ecclie occidentale/cātādo. Rꝶ. Colle:
gerunt. Hic fiat tertia statio: scꝫ an
predictum ostium vbi tres clerici de
superiori gradu in ipo hostio/habitu
nō mutato: cōuersi ad ppłm cantēt
ꝟ. Ne forte. Repet. Unus aūt. His
finitis intrēt ecclesiā p id ostiū sub
feretro et capsula reliquiarū ex trans:
uerso ostiū eleuata cantando. Rꝶ. In:
grediente dño. Hic fiat quarta sta:
tio scꝫ ante crucem in ecclesia: et in
ipa statione executor officij incipiat
añ Aue. cruce iam discooperta: et re
spōdeat chorꝰ rex noster cum genu:
flexione osculādo terram/et sic inci
piat senior añ. ter singulis vicibus

vocē exaltādo vna cū choro fiat ge
nuflexio. et post tertiā inceptionem/
chorus eandē añ. in ipa statione stā
do ꝓsequat. Qua finita intrent cho
rum. Oēs cruces per ecclesiam sint
discoopte vsq̧ post ves. In introitu
chori. Rꝶ. Circūdederunt me. ꝟ. Eri:
pe me. Rꝶ. Et ab insurgētibus. Or.
Omps sempiterne deus. Peractis
que ad processionē pertinēt. Offm.
Domine ne longe facias
auxilium tuum a me: ad — ps. xxi
defensionem meam aspi:
ce / libera me de ore leo:
nis/et a cornibus vnicornium hu:
militatem meā. Ps. Deus deꝰ meus
respice i me: quare me dereliquisti:
Nō dicitur. Gloria patri. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus
qui humano generi ad imitā:
dum humilitatis exemplū saluato:
rem nostrū carnem sumere/et crucē
subire fecisti: cōcede ꝓpiciꝰ vt et pa:
tientie ipsius habere documenta/et
resurrectionis eiꝰ consortia merea:
mur. Per eundem. Ad philipenses.
Fratres. Hoc sentite i vobis: — ij. A
quod et in christo iesu. Qui
cum in forma dei esset / non rapi:
nam arbitratꝰ est esse se equalē deo
sed semetipsum exinaniuit formam
serui accipiens/in similitudinē ho:
minum factus: et habitu inuentus
vt homo. Humiliauit semetipsum/
factus obediens vsq̧ ad mortem/
mortem autē crucis. Propter qđ et
deus exaltauit illum: et donauit illi
nomen qđ est sup omne nomen: vt
in noie iesu omne genu flectat/cele
stium terrestriū et infernorū. Et ois
lingua cōfiteatur qꝫ dominꝰ noster
iesus xps: in glia est dei patris. Gr.
Tenuisti manum dexterā meā: et in
voluntate tua deduxisti me: et cum
glia assumpsisti me. ꝟ. Quā bonus
israel deus rectis corde: mei aūt pe:
ne moti sunt pedes/pene effusi sūt

gressus mei: quia zelaui in peccatoribus: pacem peccatorum videns.

¶ Chorus alternatim dicat tractum.

h. xxi. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti. Longe a salute mea verba delictorum meorum. V. Deus meus clamabo per diem/nec exaudies: et nocte et non ad insipientiam michi. V. Tu autem in sancto habitas/laus israel: in te sperauerunt patres nostri/sperauerunt et liberasti eos. V. Ad te clamauerunt/et salui facti sunt/in te sperauerunt et non sunt confusi. V. Ego autem sum vermis et non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis. V. Omnes qui videbant me aspernabantur me/locuti sunt labiis et mouerunt caput. V. Sperauit in domino eripiat eum/saluum faciat eum quoniam vult eum. V. Ipsi vero considerauerunt et conspexerunt me/diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem. V. Libera me de ore leonis/et a cornibus vnicornium humilitatem meam. V. Qui timetis dominum laudate eum: vniuersum semen iacob magnificate eum. V. Annunciabitur domino generatio ventura/et annunciabunt celi iusticiam eius. V. Populo qui nascetur quem fecit dominus. ¶ Sequitur passio. Et est notandum quod triplici voce debet cantari aut pronunciari: scilicet voce alta/bassa/et media. Quia omnia que in passione continentur: aut verba sunt iudeorum vel discipulorum/aut verba sunt christi/aut euangeliste narrantis. Quare scire debes quod vbi .a. litteram inuenies/verba esse iudeorum vel discipulorum: que alta voce sunt proferenda. Vbi vero .b. inuenies: verba sunt christi: que bassa voce pronuncianda sunt. Vbi vero .m. inuenies: verba sunt euangeliste: que mediocri voce legenda aut cantanda sunt: et hec omnia in aliis passionibus obserua. Sic incipe .m. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. ¶ Passio domini nostri iesu christi secundum Matheum. Responde. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet: et filius hominis tradetur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi/in atrium principis sacerdotum qui dicebatur caiphas: et consilium fecerunt vt iesum dolo tenerent/et occiderent. Dicebant autem .a. Non in die festo. .m. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset iesus in bethania/in domo simonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi: et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli: indignati sunt dicentes. .a. Vt quid perditio hec? Potuit enim istud venundari multo: et dari pauperibus. .m. Sciens autem iesus: ait illis. .b. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens enim hec vnguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbicunque predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo: dicetur et quod hec fecit in memoriam eius. .m. Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur iudas scarioth/ad principes sacerdotum: et ait illis. .a. Quid vultis michi dare: et ego vobis eum tradam? .m. At illi constituerunt ei triginta argenteos: et exinde querebat opportunitatem vt eum traderet. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad iesum: dicentes. .a. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? .m. At iesus dixit. .b. Ite in ciuitatem ad quendam et dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio pascha xxvi. A

est discipulis meis. m. Et fecerunt
discipuli sicut constituit illis iesus:
et parauerunt pascha. Vespere au-
tem facto / discumbebat cum duode-
cim discipulis suis: et edentibus il-
lis dixit. b. Amen dico vobis: quia
vnus vestrum me traditurus est. m.
Et contristati valde: ceperunt sin-
guli dicere. a. Nunquid ego sum domi-
ne. m. At ipse respōdēs ait. b. Qui in-
tingit mecum manum in parapside: hic
me tradet. Filius quidē hoīs vadit
sicut scriptum est de illo. Ve autē ho
mini illi per quē filius hoīs tradet.
Bonum erat ei si natus non fuisset
homo ille. m. Respondens autem iu
das qui tradidit eū: dixit. a. Nunquid
ego sum rabbi. m. Ait illi. b. Tu
dixisti. m. Cenantibus autē eis acce-
pit iesus panē: et benedixit ac fregit/
deditq; discipulis suis: et ait. b. Acci
pite et comedite: hoc est corpus meū.
m. Et accipiēs calicē grās egit: et de
dit illis dicēs. b. Bibite ex hoc oēs.
Hic est enī sanguis meus noui testa
mēti: q̄ p multis effundet ī remissio
nē peccatorū. Dico autē vobis: nō
bibā amodo de hoc genimine vitis:
vsq; ī diē illū cū illud bibā vobiscū
nouū in regno pr̄is mei. m. Et hym
no dicto: exierūt in mōtem oliueti.
Tunc dixit illis iesus. b. Oēs vos
scandalum patiemini in me: in ista
nocte. Scriptum est enī. Percutiam
pastorē: et dispergentur oues gre-
gis. Postq̄ autem resurrexero: pre-
cedam vos in galileā. m. Respondens
autē petrus: ait illi. a. Et si oēs scan-
dalizati fuerint in te: ego nunq̄ scan
dalizabor. m. Ait illi iesus. b. Amen
dico tibi: quia in hac nocte anteq̄
gallus cantet / ter me negabis. m.
Ait illi petrus. a. Etiam si oportue-
rit me mori tecum: non te negabo.
m. Similiter et oēs discipuli dixe-
runt. Tunc venit iesus cū illis in vil-
lam que dicitur gethsemani: et dixit

discipulis suis. b. Sedete hic donec
vadam illuc / et orem. m. Et assum-
pto petro et duobus filijs zebedei: ce
pit contristari et mestus esse. Tunc
ait illis. b. Tristis est anima mea vs
q; ad mortem. Sustinete hic et vigi-
late mecum. m. Et pgressus pusillum
procidit in faciē suā orans et dicēs. b.
Pater mi / si possibile est / transeat a
me calix iste. Verūtamē nō sicut ego
volo: sed sicut tu vis. m. Et venit ad
discipulos suos: et inuenit eos dor-
mientes. Et dixit petro sic. b. Nō po-
tuistis vna hora vigilare mecū. Vigi
late et orate: vt non intretis in tenta
tionē. Spūs quidē promptus est caro autē
infirma. m. Iterum secūdo abijt et
orauit: dicens. b. Pater mi / si nō po
test hic calix transire nisi bibam illū:
fiat voluntas tua. m. Et venit iterū /
et inuenit eos dormientes: erant enī
oculi eorum grauati. Et relictis il-
lis iterū abijt: et orauit tertio / eūdē
sermonem dicēs. Tunc venit ad disci
pulos suos: et dixit illis. b. Dormite
iam: et requiescite. Ecce appropinqua-
bit hora: et filius hominis tradetur
in manus peccatorū. Surgite eamus
ecce appropinquabit qui me tradet.
m. Adhuc eo loquēte / ecce iudas vnꝰ
de duodecim venit: et cum eo turba
multa cum gladijs et fustibus / missi
a principibus sacerdotum et senio-
ribus populi. Qui autem tradidit
eum: dedit illi signū dicens. a. Quē
cunq; osculatus fuero / ipse est tene
te eū. m. Et confestim accedens ad ie
sum: dixit. a. Aue rabbi. m. Et oscu
latus est eū. Dixit illi iesus. b. Ami-
ce / ad qd venisti. m. Tunc accesserūt /
et manus iniecerunt in iesum: et te-
nuerunt eum. Et ecce vnus ex his
qui erant cum iesu extendens manū
exemit gladium suum: et percutiens
seruū principis sacerdotū / et ampu-
tauit auriculā eius dexteram. Tunc
ait illi iesus. b. Conuerte gladium

tuum in locum suum. Omēs enim qui
acceperint gladiū: gladio peribunt.
An putas quia non possum rogare
patrem meū: et exhibebit michi mo=
do plusq̄ duodecim legiones ange=
lorum? Quomodo ergo implebunt
scripture q̄ sic oportet fieri? m. In
illa hora dixit iesus turbis. b. Tanq̄
ad latronem existis cum gladiis et
fustibus comprehendere me. Quoti
die apud vos sedebā docens in tem=
plo: et nō me tenuistis. m. Hoc autē
totum factum est: ut adimplerentur
scripture prophetarum. Tunc disci
puli oēs relicto eo: fugerunt. At illi
tenentes iesum/ duxerūt ad caypham
principem sacerdotum: ubi scribe et
seniores convenerant. Petrus autē
sequebatur eū a longe: usq̄ in atriū
principis sacerdotum. Et ingressus
intro sedebat cum ministris: ut vide
ret finem. Principes autē sacerdotū
et omne conciliū querebant falsum te=
stimonium contra iesum: ut eū mor
ti traderēt. Et non invenerunt: cum
multi falsi testes accessissēt. Novissi
me autē venerunt duo falsi testes: et
dixerūt. a. Hic dixit. Possū destrue=
re templum dei: et post triduū reedi=
ficare illud. m. Et surgēs princeps
sacerdotum: ait illi. a. Nichil respō=
dens ad ea que isti adversum te testi
ficantur? m. Jesus autem tacebat.
Et princeps sacerdotum ait illi. a.
Adiuro te per deum vivū: ut dicas
nobis si tu es christus filius dei vi=
vi. m. Dicit illi iesus. b. Tu dixisti.
Verūtamen dico vobis: amodo vide
bitis filiū hominis sedētē a dextris
virtutis dei: et venientē in nubibus
celi. m. Tunc princeps sacerdotum
scidit vestimēta sua/ dicens. a. Blas=
phemavit: quid adhuc egemus testi=
bus? Ecce nunc audistis blasphe=
miam. Quid vobis videtur? m. At il
li respondentes: dixerunt. a. Reus
est mortis. m. Tunc expuerūt in fa=
ciem eius/ et colaphis eum ceciderunt.
Alii autem palmas in faciē eius de=
derūt dicentes. a. Prophetiza nobis
xp̄e: quis est qui te percussit? m. Petrus
autem sedebat foris in atrio. Et ac
cessit ad eum una ancilla dicens. a.
Et tu cum iesu galileo eras. m. At
ille negavit coram oībus dicens. a.
Nescio qd dicis. m. Exeunte autem
illo ianuā/ vidit eum alia ancilla: et
ait his qui erant ibi. a. Et hic erat cū ie=
su nazareno erat. m. Et iterū nega=
vit cū iuramento: quia non novi ho
minē. Et post pusillum accesserunt
qui ibi stabant: et dixerūt petro. a.
Vere et tu ex illis es/ nam et loquela
tua manifestum te facit. m. Tunc ce=
pit detestari et iurare: q2 nō novisset
hoīem. Et continuo gallus cātavit.
Et recordatus est petrus verbi iesu
qd dixerat: priusq̄ gallus cantet/ ter
me negabis. Et egressus foras/ fle=
vit amare. Mane autem facto consi
lium inierunt omnes principes sa=
cerdotum et seniores populi adver=
sus iesum: ut morti eum traderent.
Et vinctū adduxerunt eum/ et tra=
diderunt pōcio pilato presidi. Tunc
videns iudas q eum tradidit q2 dā=
natus esset: penitentia ductus retu=
lit triginta argenteos principib9 sa=
cerdotum et senioribus populi: di=
cens. a. Peccavi/ tradens sanguinē
iustum. m. At illi dixerunt. a. Quid
ad nos? Tu videris. m. Et proiectis
argēteis in templo/ recessit: et abiēs
laqueo se suspendit. Principes autē
sacerdotum acceptis argenteis: di=
xerunt. a. Non licet eos mittere in
corbanam: quia precium sanguinis
est. m. Consilio autem inito emerūt
ex eis agrum figuli: in sepulturam
peregrinorum. Propter hoc voca=
tus est ager ille acheldemach/ hoc est
ager sanguinis: usq̄ in hodiernum
diem. Tunc impletum est quod dictū
est per hieremiā prophetam dicen=

tē. Et acceperunt triginta argente
os/preciū appreciati quē apprecia-
uerunt a filijs israel: & dederūt eos
in agrum figuli/sicut cōstituit mi-
chi dn̄s. Jesus autem stetit ante pre
sidē: et interrogauit eum p̄ses dicēs.
a. Tu es rex iudeorum. m. Dixit il-
li iesus. b. Tu dicis. m. Et cum accu
saretur a principibus sacerdotum &
senioribus: nichil respondit. Tūc di
xit illis pilatus. a. Non audis quā
ta aduersum te dicunt testimonia?
m. Et nō respōdit ei ad vllū verbū:
ita vt miraretur preses vehementer.
Per diem autē solennē cōsueuerat
preses dimittere populo vnum vin-
ctum/quē voluissent. Habebat autē
tunc vnū vinctum insignem/qui di-
cebatur barrabas: qui propter homi-
cidiū missus fuerat in carcerē. Con-
gregatis ergo illis: dixit pilatus. a.
Quem vultis dimittam vobis ba-
rabbā/an iesum qui dicitur christus.
m. Sciebat enī q̄ per inuidiam tra-
didissent eum. Sedente autē illo pro
tribunali: misit ad eum vxor eius di-
cēs. a. Nichil tibi et iusto illi. Mul-
ta enim passa sum hodie per visum
propter eū. m. Principes autē sacer
dotū et seniores persuaserūt pp̄lis
vt peterent barabā/iesum vero per
derēt. Respōdēs autē p̄ses: ait illis.
a. Quem vultis vobis de duobus di-
mitti? m. At illi dixerunt. a. Ba-
rabbam. m. Dixit illis pilatus. a.
Quid igitur faciam de iesu qui dicit
xp̄s? m. Dicunt oēs. a. Crucifigatur.
m. Ait illis preses. a. Quid enī ma-
li fecit? m. At illi magis clamabant
dicentes. a. Crucifigatur. m. Videns
autem pilatus quia nichil proficeret/
sed magis tumultus fieret: accepta
aqua lauit manus suas corā po-
pulo/dicens. a. Innocens ego sum
a sanguine iusti huius: vos videri
tis. m. Et respondens vniuersus po-
pulus: dixit. a. Sanguis eius super
nos: et super filios nostros. m.
Tunc dimisit illis barrabam: iesum
autem flagellatum tradidit eis/ vt
crucifigeretur. Tunc milites presi-
dis suscipientes iesum in pretoriū/
congregauerūt ad eum vniuersam
cohortem. Et exuētes eum: chlamy
dem coccineā circumdederunt ei. Et
plectētes/coronam de spinis posue-
runt super caput eius/& arundinē in
dextera eius. Et genuflexo ante eū
illudebāt ei dicentes. a. Aue rex iu-
deorum. m. Et expuentes in eum: ac-
ceperunt arūdinē/& percutiebāt ca-
put eius. Et postq̄ illuserunt ei exue
runt eū chlamyde/et induerūt eum ve-
stimentis eius/et duxerūt eū vt cru-
cifigerent. Exeūtes autē inuenerūt
hoīem cyreneum nomine simonem/
hunc angariauerunt vt tolleret cru
cē eius. Et venerunt in locum q̄ dicit
golgotha/qđ est caluarie locus. Et
dederūt ei vinū bibere cū felle mixtū
et cū gustasset noluit bibere. Postq̄
autē crucifixerūt eū/diuiserūt vesti
menta eius/sortem mittētes. Vt imple
retur quod dictū est per prophetā di-
centē. Diuiserūt sibi vestimēta mea
& super vestem meā miserunt sortē.
Et sedentes seruabant eū. Et impo
suerūt sup caput eius: causam ipsius
scriptam. Hic est iesus rex iudeorū.
Tunc crucifixi sunt cum eo duo la-
trones: vnus a dextris/et vnus a si-
nistris. Pretereuntes autē blasphe-
mabant eū: mouentes capita sua/et
dicentes. a. Vah qui destruis tem-
plum dei: & in triduo illud reedifi
cas. Salua temetipsum. Si filius
dei es descende de cruce. m. Simi-
liter et principes sacerdotum illu-
dētes cū scribis & senioribus: dicebāt
a. Alios saluos fecit: seipsū non po-
test saluum facere. Si rex israel est
descendat nunc de cruce: et credi-
mus ei. Confidit in deo: liberet eum
nunc si vult. Dixit enim: quia filius dei

suũm. Id ipsũ autem et latrones q̃ crucifixi erant cũ eo: improperabãt ei. A sexta autem hora: tenebre facte sunt usq; in horã nonam. Et circa horã nonam: clamauit iesus voce magna dicens. Heloi heloi lama zabathani. Hoc est. Deus me9 deus me9: vt quid dereliquisti me. Quidam autem illic stantes et audientes: dicebãt. Heliã vocat iste. Et cõtinuo currens vn9 ex eis / acceptã spongiã impleuit aceto / et imposuit arundini: et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebãt. Sine: videamus an veniat helias liberãs eum. Iesus autẽ iterum clamans voce magna: emisit spm̃. Hic inclinet se diacon9 vel prosternat vs9 orientẽ: et dicat priuatim. Pater noster. Aue maria. et In manus tuas dñe. Deinde surgat: et post residuum passionis legat. Et ecce velum tẽpli scissum est in duas ptes / a sũmo vsq; deorsum. Et terra mota est et petre scisse sũt et monumenta apta sunt / et multa corpora sctõrũ q̃ dormierãt surrexerũt. Et exeũtes de monumentis post resurrectionẽ eius venerũt in sanctã ciuitatẽ et apparuerũt multis. Cẽturio autẽ et q̃ cũ eo erant custodiẽtes iesum: viso terre motu et his q̃ fiebãt / timuerũt valde dicentes. Uere filius dei erat iste. Erant autẽ ibi mulieres multe a lõge: q̃ secute erãt iesum a galilea ministrantes ei. Inter quas erat maria magdalene / et maria iacobi et ioseph mater / et mater filiorũ zebedei. Cũ autẽ sero factũ esset: venit quidã hõ diues ab arimathia noie ioseph / q̃ et ipse discipul9 erat iesu. Hic accessit ad pilatũ: et petiit corpus iesu. Tũc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore / ioseph inuoluit illud in sindone mũda: et posuit illud in monumẽto suo nouo / qđ exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti: et abijt. Erant autẽ ibi maria magdalene et altera maria: sedentes contra sepulchrũ. Euangelia vero in fine oim passionũ: etiã in die parasceues / alta voce legantur more duplicis festi. Oẽs autẽ passiones supradicto modo legantur secundũ vsum Sar. Tñ in die parasceues non dr̃ Dñs vobiscũ. et sine titulo incipiatur euãgeliũ.

Altera autem die que est post parasceuẽ: cõuenerũt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum dicentes. Dñe / recordati sum9 quia seductor ille dixit adhuc viuens post tres dies resurgã. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diẽ tertiũ / ne forte veniant discipuli eius et furẽtur eũ / et dicãt plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissim9 error / peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiam / ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes: muníerũt sepulchrum. Signantes lapidem / cũ custodib9. Offer. Improperiũ expectauit cor meũ et miseriã: et sustinui q̃ simul contristaretur et non fuit: consolantem me q̃siui et nõ inueni et dederunt in escam meã fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Secr.

Ista deus pater omnipotens immaculati agni paschale offerimus holocaustum: cuius nos sanguine ab exterminatoris vastatione saluatos / ad terram q̃sumus tue repromissionis inducas. Per eundẽ. Prefa. quotid. Cõio. Pater si nõ potest hic calix trãsire nisi bibã illũ / fiat volũtas tua. Postcõio

bẽ per diẽ: et fumũ et splẽdorẽ ignis
flãmãtis in nocte. Sup oẽm eñ glo-
riã ptectio: et tabernaculũ erit i vm-
braculũ diei ab estu/ et in securitatẽ et
absconsionẽ a turbine et a pluuia. Tr.

VInea facta est dilecto i cornu
in loco vberi. V. Et maceriã Esaie v. A
circundedit et circunfodit et planta-
uit vineam sorech et edificauit tur-
rim in medio ei9. V. Et torcular fo-
dit i ea vinea enim domini sabaoth
domus israel est. Oremus. Oratio.

DEus qui nos ad celebrandum
paschale sacramentum vtri-
usq; testamenti paginis imbuisti: da
nobis itelligere misericordias tuas
vt ex perceptione presentiũ mune-
rum: firma sit expectatio futurorũ.
Per dominum. Lectio quarta.

SCripsit moyses canticũ: et do- deute
cuit filios israel. Precepitq; xxxi.
dominus iosue nun: et ait. Confor- F
tare et esto robustus: tu enim intro
duces filios israel in terrã quã pol
licit9 sum patribus eorũ et ego ero
tecum. Postq̃ ergo scripsit moyses
verba legis huius in volumine atq;
compleuit: precepit leuitis q porta-
bãt archam federis domini dicens.
Tollite librum istũ: et ponite illum G
in latere arche federis dñi dei nostri
vt sit contra te ibi in testimonium.
Ego enim scio contentionem tuam:
et ceruicem tuam durissimam. Ad
huc viuente me et ingrediẽte vobis
cũ semp contentiose egistis contra
dñm: quanto magis cum mortuus

succo: Congregate ad me oēs maiores natu per trib⁹ vr̄as atq; doctores et loquar audientibus eis sermones istos/ et inuocabo contra eos celum & terrā. Nouī enim q post mortem meā inique agetis: & declinabitis cito de via quā p̄cepi vobis. Et occurrēt vobis mala in extremo tēpore: quando feceritis malū in conspectu dn̄i: vt irritetis eū per opera manuū vr̄arū. Locut⁹ est ergo moyses audiente vniuerso cetu filiorū israel verba carminis huius & ad finem vsq; compleuit. Tractus.

Deu. xxxi. f. et oīa infra.

Attende celū & loquar: et audiat terra verba ex ore meo. V⁹. Expectetur sicut pluuia eloquiū meū: & descēdāt sicut ros verba mea sicut imber super gramina. V. Et sicut nix super fenum: quia nomē domini inuocabo. V. Date magnitudinem deo nostro: deus verax opera eius: et oēs vie ei⁹ iudicia. V. De⁹ fidelis in quo nō est iniquitas: iustus et sanctus dn̄s. Sequatur oratio.

Deus qui ecclesiam tuā semp gētium vocatione multiplicas: cōcede ppitius: vt quos aqua baptismatis abluis continua protectione tuearis. Per d. Hanc orōnē non. sequatur lectio: sed tractus.

ps. xli. et oia infra.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. V⁹. Sitiuit anima mea ad deum viuum quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. V. Fuerūt michi lachryme mee panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos dies vbi est deus tuus. Deinde sequantur due orationes sub vno Per dominū. & sub vno Oremus. Oratio.

Concede quesumus omnipotens de⁹: vt qui festa paschalia agim⁹: celestib⁹ desideriis accēsi/ fontem vite sitiamus Dominum nostrum iesum christum filiū tuū.

Omnipotēs sempiterne deus respice ppitius ad deuotionem populi renascentis qui sicut ceruus aquarum expetit fontem: & concede propitius: vt fidei ipsius sitis baptismatis mysterio animā corpusq; sanctificet. Per dominū. Deinde sequatur septiformis letania/ que in medio chori a septem pueris in suppelliciis dicitur: et interim exuat sacerdos casulam & sumat cappam sericam rubeam adhuc stando ante altare donec percantetur letania. &c. vt in processionalibus continetur. Finita letania sex Rex sanctorum. incipiatur missa solēniter a cantore sine regimine cho. sic Kyrie eleysō. et dicitur cantus de Lux et origo. absq; V. & interī sac. assūpta casula ad altare dicat Confiteor. Miserea tur. & Absolutionem cū precibus et orōne. Aufer a nobis dn̄e. more solito. tn̄ hic nō detur osculum pacis. Deide thuri. altare: & postea incipiat Gloria ī excelsis deo. Tunc omnes genuflectant exuentes cappas nigras: et tunc pulsentur omnes campane: in classicum/ choro canente. Et in terra pax. Sequatur Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Deus qui hāc sacratissimam noctem gloria dn̄ice resurrectionis illustras/ conserua in noua familie tue progenie adoptionis spiritum quem dedisti: vt corpore et mente renouati: puram tibi exhibeant seruitutem. Per eundem in vnitate eiusdem. Sequens epistola legatur in pulpito. Ad colossenses.

Fratres. Si consurrexistis cū christo/ que sursum sunt querite: vbi christ⁹ est ī dextera dei sedēs. ca. iii. A
Que sursum sunt sapite: nō que super terram. Mortui enī estis: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Cum enī xp̄s apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis

eũ ipso in glia. Lecta epla/duo clerici de secunda forma in cappis sericis in pulpito cantent hoc Alla. Chor⁹ idẽ repetat:& prosequat. & clerici. V.

Confitemini dño qm bonus: qm in sclm mia ei⁹. Chorus finiat cũ neuma. Item clerici reincipiant. Alleluya sine neuma. Deinde sequatur tractus qui a duobus de secunda forma in cappis nigris ad gradum chori totus: et integer cantetur cho. interim sedente. Tractus.

p. xvi Laudate dñm oẽs gẽtes & collaudate eũ oẽs ppli. V. Qm cõfirmata est super nos mia ei⁹ & veritas dñi manet in eternũ. Interim vero pcedat diaconus cũ subdya. p medium cho. more solito/sine cruce ad legẽ. euã. quẽ pced duo cero. cereis extictis. & legat in pulpi. more dñicali. Seqn. s. euãgeliũ scdz matheũ.

xxviij A Vespere autem sabbati que lucescit i prima sabbati: venit maria magdalene/et altera maria videre sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus autem dñi descendit de celo: et accedẽs reuolnit lapidem/et sedebat super eum. Erat autem aspect⁹ eius sicut fulgur et vestimenta eius sicut nix. Pre timore autẽ eius exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus dixit mulierib⁹. Nolite timere vos. Scio enim q iesum qui crucifixus est queritis. Non est hic. Surrexit eni: sicut dixit. Venite et videte locum: vbi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit: et ecce precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: ecce pdixi vobis. Non dicitur Credo. sed post euangelium dicitur Dominus vobiscum. et Oremus. Non dicitur offertorium. Secreta.

Suscipe quesumus domine preces ppli tui cũ oblationibus hostiarũ: vt paschalib⁹ initiata misterijs: ad eternitatis nobis medelam te operante p ficiant. Per dñz. Prefatio. Et te quidẽ oñi tempore: sed in hac potissimum nocte. Communicãtes. & noctẽ sacratissimã. et Hanc igitur. Hec prefatio dicit per totã ebdomadam pasche: et in oibus dñicis vsq ad ascensionẽ dñi qñ de resurrectione agit. Communicãtes. vero & Hanc igitur. per ebdomada et in octa. pasche tantũ dicunt. Hac die dicitur. Sanctus. solenniter. Sacerdote vero dicete. Pax domini sit semper vobiscũ. et choro respõdete. Et cum spiritu tuo. Non dicitur Agnus dei. nec pax detur: sed facto interuallo incipiantur vespere festiue sine regimine chori. sine cãpanarũ pulsatione/& sine Deus in adiutorium. a quodam de superiori gradu ex parte chori sic. Alleluya. ps.

Laudate dominũ omnes gentes: laudate eũ omnes populi. Quoniã confirmata est super nos mia eius: et veritas domini manet in eternũ. Gloria patri & filio: & spiritui sancto. Sicut erat i principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amẽ. Tota dicitur antiphona. Alleluya alleluya alla alleluya. Qua dicta: statim incipiatur aña super Magnificat. ab excellentiore post eũ qui celebrauerit/sed nõ percãtetur a choro ante psalmi intonationẽ. Nõ thurificetur altare/neq chorus. ãn. Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene & altera maria videre sepulchrum alleluya. ps. Magnificat. Repetita ãn. dicat sacerdos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Spiritũ nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus saciasti tua facias pietate concordes. Per dñm. Et sic missa & vespere simul finiantur.

tur: dicente dyacono Ite missa est. cum nota de Alleluya. ¶ Oratio dicenda a sacerdote ante missam.

Deus q̄ de idignis dignos facis/ ⁊ de pctōrib⁹ iustos et sctōs/ ⁊ de imūdis mūdos: mūda cor et corpus meū ab oī cogitatiōe et sorde pcti ⁊ fac me dignū atq; strēnuū sctis altarib⁹ tuis ministrū ⁊ cōcede ꝓpiti⁹ vt in hoc altari ad quod indign⁹ accedo/ hostias acceptabiles atq; placabiles offerā pietati tue pro peccatis et offensis meis et innumeris quotidianisq; excessibus meis/ atq; cunctorū simul christianorū culpis abluēdis: et per eū sit tibi votū meū acceptabile: qui se tibi deo patri pro nobis obtulit sacrificiū. Qui tecū viuit ⁊ reg.

Orō dicēda a sacerdote ante missā.

Domine non sum dignus vt intres sub tectū meum sed cōfisus de tua pietate ad altare tuū accedo infirm⁹ ad medicū vite/ cec⁹ ad lumē claritatis eterne/ egen⁹ ad dn̄m celi et terre/ nudus ad regem glorie/ ouis ad pastorem/ figmētum ad suū creatorem/ desolat⁹ ad piū consolatorē/ miser ad misericordem/ criminosus ad venie largitorem impi⁹ ad iustificatorē/ induratus ad gratie infusorem/ rogans immense mie tue abundantiam quaten⁹ meā digneris sanare infirmitatē lauare feditatē/ illuminare cecitatem/ ditare paupertatem/ vestire nuditatem/ reducere errantem/ consolari desolatum/ reconciliare reū/ pctōri dare veniam/ misero indulgētiā/ criminoso vitam/ mortuo iustificationē: vt te panem angelorū/ regē regū ⁊ dn̄m dominātiū recipere merear ea corporis castitate et animi puritate/ ea cordis contritione ⁊ lachrymarū fōte/ ea leticia spirituali et celesti gaudio/ eo timore et tremore/ ea reuerentia et honore/ ea fide ⁊ hūilitate/ eo ꝓposito ⁊ amore/ ea deuotione et grāꝝ actiōe q̄b⁹ oportet ⁊ decet ita vt ꝓsit michi ad vitā etnā et in remissionē omnium peccatorū meorum. Amen.

Oratio dicēda a sacerdote post missā.

Omnipotens sempiterne de⁹ cōseruator animarū mūdiq; redēptor: me famulum tuum ante maiestatē tuā prostratum benignissime respice: et hoc sacrificium quod in honore nominis tui pro salute fidelium tam viuorū q̄ mortuorū ac etiā pro peccatis et offensionibus nostris obtuli: pijssime respice irā tuam amoue a me/ gratiam et miām tuam michi concede/ ianuam paradisi michi pāde et ab omnib⁹ malis me potenter eripe: ⁊ quicquid reatu ꝓprio cōmisi indulge: sic in hoc seculo p̄ceptis tuis me fac perseuerare vt dignus efficiar electorum gregi copulari: te prestante deus meus cuius nomen benedictum honor atq; regnum permanet in secula seculorum. Amen.

¶ Orō deuota de sacramēto altaris

Omnipotens et misericors deus ecce accedo ad sacramentum corporis et sanguinis vnigeniti filii tui dn̄i nr̄i iesu xp̄i/ accedo itaq̄ infirm⁹ ad medicū vite/ imūd⁹ ad fontem mie. Rogo ergo imense maiestatis tue abūdātiā quaten⁹ meā digneris sanare infirmitatem/ ditare paupertatem vt panem angelorum regem regum tanta reuerentia ⁊ tremore/ tāta cōtritiōe ⁊ amore suscipiā sicut expedit aie mee. Da michi q̄so illi⁹ dn̄ici corporis et sanguinis nō solū suscipere sacramētū: sed etiam virtutem sacramenti. Dulcissime deus da michi sic suscipere corpus vnigeniti tui domini nostri iesu christi: quod traxit de virgine maria: vt corpori suo mystico merear incorporari: ac inter eius membra connumerari. O pater amantissime cō

cede michi dilectum filiū tuum quē quidem velatum suscipere propo: no reuelata tandem facie cōtēplari. Qui tecum et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Oro dicen. a sacer. post missam.

Omnipotens sempiterne deus iesu christe domine esto propicius pctis meis: per assumptionem corpo ris et sanguinis tui. tu enī loquēs di xisti qui mādūcat meā carnē et bibit meū sanguinē in me manet et ego in eo. Ideo te supplex deprecor vt i me cor mūdū crees/et spiritū rectū i vi sceribus meis inoues et spū pricipali me cōfirmare digneris: atqȝ ab oibus insidijs diaboli ac vitijs emundes vt gaudiorum celestium merear es: se particeps. Qui viuis et regnas.

¶ Incipit dictamen beati augusti: ni de regimine sacerdotum.

Uiri venerabiles sacerdo: tes dei/pcones altissimi lucerne fidei / charitatis radio fulgētes et spei: au ribus percipite verba oris mei. Uos in sāctuario dei deseruitis. Uos vo cauit palmites xps vera vitis. Caue te ne steriles aut inanes sitis. Si cū vero stipite viuere cupitis Uos estis catholice legis prectores. Sal terre lux hoim: ouiū pastores. Muri do: mus xpi: morū correctores. Iudices ecclie: gētiū doctores. Si cadat pre: ctio legis: lex labetur. Si sal euanue rit: in quo salief. Nisi lux appareat via nescitur: nisi pastor vigilet: oui: le frangetur. Uos estis vineam dei propagare. Quā doctrine riuu: lis debetis rigare. Spinas atqȝ tri: bulos procul extirpare: vt radices fidei possit germinare. Uos estis in area boues triturantes. Pru: denter a palea grana separantes. Uos habent in speculo legem igno: rantes. Laici qui fragiles sunt et incōstātes. Quicqd vidēt laici vo bis displicere. Sibi pcul dubio dicūt nō licere. qcqd vos i ope vidēt adim plere. Credūt esse licitū et culpa care re. Cū pastores ouiū sitis constituti. Nō estote desides sicut canes muti. Uobis nō deficiāt latratus veriti. Lu pus rapax inidet ouiū saluti. Grex fidelis duplici cibo sustinef. Corpo re dñico quo salus augef. Sermonis cōpendio qd discrete daf. Mundano cibario ne pcilitef. Quibus tenemini vris predicare. Sed qd qbus qualiter vbi/quādo: quare. Debetis sollicite precōsiderare. Ne qs i officio dicat vos errare. Spectat ad officiū vestre dignitatis. Gratie petentibus dona dare gratis. Nec cuiqȝ fidei munera vendatis. Incursuros gregibus le: pra vos fiatis. Gratis eucharistiam plebi ministrate. Gratis confitemi: ni/gratis baptizate. Ut gratis acce: pistis sic et gratis date. Solum id quod fuerit vestrum conseruate. Ue stra conuersatio sit religiosa. Mun: da conscientia virtus virtuosa. Re: gularis habitus honorosa. Nulla vos coinquinet labes criminosa. Nullus fastus intima premet ve: stre mentis. Grauis sit intuitus ha bitus sit testis. Nichil vos illaqueet curis inhonestis. Quibus claues tra: dite sunt regni celestis. Estote bre: uiloqui ne vos ad reatum. Protra: hat loquacitas nutrix vanitatum. Uerbum quod proponitis sit abre: uiatum. Nam in multiloquio non deest peccatum. Estote beniuoli so: brij prudentes. Iusti/casti / simpli: ces et compacientes. Hospitales/hu miles / subditos docentes. Consu: lentes miseros: prauos corrigen: tes. Utinam sic gerere curam pasto: ralem. Possitis: et ducere vitam spi: ritualem. Ut cū exueritis clamidem carnalem. Induat vos dominus sto lam eternalem. Amen.

Oro dicenda a sacerd. post missam.

Gratias tibi ago dn̄e deus o͂ps pater q̄ me dignatus es satiare corpore et sanguine dilecti filij tui dn̄i nostri iesu xp̄i. Deprecor immēsā clemētiā tuā oipotēs ⁊ misericors dn̄e vt hec sancta cōmunio nō sit michi ad iudiciū seu ad condēnationē sed sit michi arra fidei et scutū bone voluntatis ad euacuādas insidias inimici de mēte mea. Ad extirpādā superbie pestē/gule libidinē:et lingue procacitatē/et ad illud introire conuiuiū vbi lux vera et vbi sunt perpetua gaudia iustorū. Item peto dn̄e vt hec sancta cōmunio sit michi dux et viaticū ad portū salutis eterne. Ipsa sit michi cōsolatio:dū tribulor in cogitationibus/in bono proposito amor suauissimus:in tribulatione et angustia patiētia/in infirmitate medicina. Per hec sacratissima mysteria que sumpsi:presta michi fidē rectā/spē firmā/charitatēq̄ perfectā/mūdi abrenūciationē/desiderij purificationē/mentis dulcedinē/tui ardentem dilectionē/ad dilecti filij tui passionis memoriā ac viscerosā cōpassione:vitam meam plenā virtutibus in tua laude ⁊ sincera fide seruare. Et in hora exitus mei gratiā tanti misterij cū vera fide certa spe et sincera charitate percipere: vt te videam sine fine. Amen.

Presbyter in christi mēsa:quid agis bene pensa.

Aut tibi vita datur : aut mors eterna paratur.

Dum candela luit : se destruit officiando.

Presbyter ita ruit : si sit reus celebrando.

Mors tua/mors xp̄i/fraus mundi/gloria celi.

Et dolor inferni:sunt memoranda tibi.

¶ Missa recollectionis festorū beate marie virginis. Officium.

Gaudeamus oēs in dn̄o diē festū celebrātes sub honore marie virginis/ de cuius solēnitatibus gaudent angeli:⁊ collaudāt filium dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonū dico ego opera mea regi. Gloria patri. Oratio. — Eccle vox.

Deus qui nos ↄceptionis/natiuitatis/annunciationis/visitationis/purificationis : et assumptionis beate et gloriose virginis marie gaudia recolendo letificas cōcede nobis sic laudibus eius ⁊ seruitio digne insistere:vt eā i oī necessitate ⁊ angustia et precipue in hora mortis presentem et auxiliatricem sentiamus/et tecum post mortem per ipsam/et cum ipsa gaudere mereamur in celis. Per dominum nostrum.

¶ Lectio libri sapientie.

Surge propera amica mea speciosa mea / et veni columba mea in foraminibus petre:in cauernis macerie. Ostende michi faciem tuam:sonet vox tua i auribus meis. Vox eni tua dulcis est:⁊ facies tua decora. Quā pulchra es amica mea q̄ pulchra es:oculi tui columbarū absq̄ eo q̄ intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum:que ascēderunt de monte galaad. Dētes tui sicut greges tōsarū:que ascenderunt de lauacro. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. Veni de libano sponsa mea veni de libano : veni coronaberis. Vulnerasti cor meum soror mea:sponsa vulnerasti cor meum. In vno oculorū tuorū/⁊ in vno crine colli tui mel ⁊ lac sub lingua tua/⁊ odor vestimentorum tuorum : sicut odor thuris. — Cāti. ij. A — Cāti. iiij. A

Gr. Lux splendida fulgebis ⁊ omnes fines terre adorabunt te. ℣. Nationes ex longinquo ad te ve: — Laus eccl'e

ment et munera deferentes adorabunt in te dñm & terrā tuā sanctificationē habebunt. Alla. V. Beati oēs q̄ diligūt te o virgo: & qui gaudent super pace tua benedictus dñs qui exaltauit te et posuit super te regnū eius in secla seclorum. Sequentia.

Misit ad sterilem non quēuis nūciū: sed summi āgelū luce refulgētē amator hoīs. Miratur et credit/ & leta cōcipit dei genitricem quā gaudēs pepit cūctis amabilem. Uirgo singularis manet in addito mente seruit deo canticis & hymnis in undo profutura. Castū propositum voto ɔfirmauit/ angelos meretur habere consortes: nr̄a reparatrix. A sūmo cardine mittit archāgelum audit et suscipit puella nunciū credit et ɔcipit. Festinat grauida virgo puerpera visitat sterilē matrē p̄cursoris: rex ineffabilis. Mūdi redēptorē peperit iacta/ gaudiū āgelis/ p̄ctiū hoim victis q̄ triūphum. Humilis infantem deo representat: illi munus offert q̄d lex p̄ceperat hoc senex excipit. Mūdi dominatrix choros angelorū / transcendit assūpta regina celorum/ dei mr̄ alma. Illic concathedrat vginū filius imponit coronā sup caput ei9 ad glīam dei. Ista mirifica plebs tua celebrat/ tibi mente psallit et voce iubilat/ mater orphanorum. Pro nobis obtine genitrix veniam et reatum dilue et dona patriam in arce syderū. Amē.

¶ Euangelium. Secūdum Lucam.

ca. j. d In illo tēpore. Exurgens maria abijt in mōtana cū festinatione in ciuitatē iuda/ et intrauit in domum zacharie: et salutauit helizabeth. Et factum est vt audiuit salutationem marie helizabeth exultauit i gaudio infās i vtero ei9. Et repleta est sp̄u sancto helizabeth: et exclamauit voce magna / et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in aurib9 meis: exultauit infans in vtero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus me9 in deo salutari meo. Offer. Beatā te dicent omnes generationes quia fecit tibi dñs qui potēs est: et sanctum nomen eius. Secreta.

Domine iesu christe sanctarū cogitationum suspirator: qui seruos tuos gloriosam matrem tuam honorare docuisti: concede propicius ipsius solenni cum sacrificio laudis debita cum deuotione celebrare in terris: vt eius intercessione regnando iubilare mereamur in celis Qui viuis et regnas deus. P. Prefacio de beata virgine maria. Cōio. Benedicite deum celi cum timore/ et exultate ei cū tremore: quia fecit nobiscum misericordiam: cum in celis matrem pro nobis esse voluit aduocatam. Postcommunio.

Concede quesumus omnipotens deus sacramenta que sūpsimus in honore beate marie virginis matris immaculato corde seruare: vt nunc festa eius colētes/ post excessum huius vite ad ipsius mereamur transire consortium. Per eundem dominum. &c.

¶ Sequitur paschale.

¶In die scto pasche/q̄ est resurrectionis dominice. Officium.

Psal. cxxxviii. Resurrexi et adhuc tecū sū alleluia: posuisti sup me manū tuā alleluia: mirabilis facta est scientia tua alta alla. Dn̄e pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionem meā. Gloria pr̄i. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus q̄ hodierna die p vnigenitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta morte reserasti: vota nr̄a q̄ preueniēdo aspiras/etiā adiuuādo prosequere. Per. Lectio epistole

v. B. beati pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres. Expurgate vet⁹ fermētū: vt sitis noua cōspersio sicut estis azymi. Etenī pascha nr̄m immolat⁹ est xp̄s. Itaq; epulemur. Nō ī fermēto veteri. neq; ī fermēto malicie et neqtie. Sed in azymis sinceritatis et veritatis. Grad. Hec dies quā fecit dn̄s: exultemus et letemur ī ea. V. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculū mīa eius. Alla. V. Pascha nr̄m immolatus est xp̄s. Illud Alla. V. in loco gradale ī oct. pasche: et ī sib⁹ dn̄icis ab hinc vsq; ad ascēsi. dn̄i: ad missā de resur. Seq̄

Fulgēs p̄clara rutilat p orbē: hodie dies in qua xp̄i lucida narrant ouāter p̄lia. De hoste supbo quē iesus triūphauit/pulchre castra illius p̄imēs teterrima. Infelix culpa eue qua caruim⁹ oēs vita. Felix proles marie/qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generās regē spoliātē tartara. Pollentē iam in ethera. Rex i eternū suscipe benign⁹ p̄conia nr̄a/sedule tibi canētia. Patris sedēs ad dexteram. Victor vbiq; morte supata atq; triūphata: polor possidēs gaudia. O magna/o celsa/o pulchra clemētia xp̄i lucistua o alma. Laus tibi honorq; ac virt⁹: q̄ nostrā āntiquā leuiasti sarcinā. Roseo cruore agni benignissimi empta florida micat hec aula. Potenti virtute nr̄a q̄ lauit facinora: tribuens dona fulgida. Stupēs valde in memet iā miror hodierna. Tācta indignis pandere nobis sacramenta. Stirpe dauitica ortus/de tribu iuda leo potens surrexisti in gloria: agnus visus es in terra. Fundens olim arua regna petis supera: iustis redens premia: in secula dignāter onantia. Dic impie zabule: quid valet nūc fraus tua. Igneis nexus loris a xp̄i victoria. Tribus lingue admiramini: quis audiuit talia miracula. Ut mors mortē superet: rei perciperēt talem graciam. Iudea incredula cur manes adhuc inuerecūda? Perspice christicolas qualiter leti canunt inclyta. Redēptori carmina. Ergo pie rex christe nobis dans premia. Solue nerorum vincula. Electorum agmina. Fac tecū resurgere ad beatam gloriam. Digna rependens merita: Paracliti sācti consolationem piam. Expectamus secundū promissionem tuam. Peracta ascensionis sacra solennia. Qua es regressus ad celos nube

tectus clara. Pollens laude eterna. Euangelium. Secundum Marcũ.
xvi. A In illo tempore. Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata vt venientes vngerent iesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentũ: orto iam sole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti? Et respicientes viderũt reuolutũ lapidẽ: erat quippe magnꝰ valde. Et introeũtes in monumẽtũ: viderũt iuuenẽ sedentẽ in dexteris coopertũ stola cãdida/ et obstupuerũt. Qui dixit illis nolite expauescere. Iesum queritis nazarenum crucifixũ: surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerũt eũ. Sed ite dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galileam. Ibi eũ videbitis sicut dixit vobis. Credo. Offertor. Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicio deꝰ alleluia. Secr.

Suscipe quesumus domine preces populi tui cũ oblationibꝰ hostiarum vt paschalibꝰ initiate mysteriis/ ad eternitatis nobis medelã te operante proficiãt. Per. Prefa. Et te quidẽ. infra canonẽ Communicantes et Hanc igitur. Cõio Pascha nostrum immolatus
i. cor. v. C est christus alleluia: itaque epulemur in azymis sinceritatis et veritatis alleluia alleluia alleluia. Postcõmunio.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti/ tua facias pietate concordes. Per dominum eiusdem. Feria. ii. post pascha. Ad missam. Officium.

Exod. xiii. a Introduxit vos dominus in terrã fluẽtẽ lacte et mel alleluia: et vt lex domini semper sit in ore vestro alleluia alleluia. Ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Kyrie eleison. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui solẽnitate paschali mũdo remedia contulisti: populum tuum quesumus domine celesti dono prosequere vt et perfectã libertatẽ cõsequi mereatur/ et ad vitam proficiat sempiternam. Per. Lectio actuum apostolorum.
In diebus illis. Stans petrus in medio plebis/ dixit. Viri x. F. fratres/ vos scitis quod factum est verbum per vniuersam iudeã. Incipiens enim a galilea post baptismũ quod predicauit iohãnes iesum a nazareth/ quomodo vnxit eũ deus spũ sancto et virtute/ qui pertrãsiuit benefaciendo et sanãdo omnes oppressos a diabolo/ quoniam deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium que fecit in regione iudeorum et hierusalem quem occiderũt suspẽdẽtes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die/ et dedit eum manifestum fieri non omni populo: sed testibus preordinatis a deo nobis qui manducauimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare populo et testificari: quia ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibẽt: remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credũt in eum.
Gr. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. V. Dicat nũc Psal. cxvii.
israel quoniam bonus: quoniã in seculum misericordia eius. Alleluya. V. Nõne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu: dum loqueretur nobis in via. Sequẽtia Zima vetus expurgetur. quere post commune sanctorum. Euangelium. Secundum Lucam.
In illo tẽpore. Exeuntes duo ex discipulis iesu ibãt ipsa die xxiiii. B in castellũ quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab hierusalẽ: nomine emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus que acciderãt. Et factum est dum fabularentur/ et

quere ꝗ sequitur in 3 fo. si.

secum quererẽt: et ipse iesus appro-
pinquans ibat cum illis. Oculi au-
tem eorum tenebãtur: ne eum agno-
scerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi
sermones quos confertis adinui-
cem ambulantes: et estis tristes? Et
respondens vnus cui nomen cleo-
phas dixit ei. Tu solus peregrinus
es in hierusalem: et non cognouisti
que facta sunt in illa his diebus?
Quibus ille dixit. Que? Et dixerũt.
De iesu nazareno qui fuit vir pro-
pheta: potens in opere et sermone
coram deo et omni populo. Et quo-
modo tradiderunt eum sũmi sacer-
dotes et principes nostri in damna-
tionem mortis: et crucifixerũt eum.
Nos autem sperabamus quia ipse
esset redempturus israel. Et nũc su-
per hec omnia/ tertia dies est hodie
quod hec facta sunt. Sed et mulieres
quedam ex nostris terruerunt nos/
que ante lucem fuerunt ad monu-
mentum: et non inuento corpore eius
venerunt dicentes se etiam visionẽ
angelorum vidisse/ q̃ dicũt eũ viue-
re. Et abierunt quidam ex nostris
ad monumentum: et ita inuenerunt
sicut mulieres dixerunt ipsum vero
non inuenerũt. Et ipse dixit ad eos.
O stulti et tardi corde ad credẽdum:
in omnibus que locuti sunt prophe
te. Nonne hec oportuit pati christũ:
et ita intrare in gloriã suã? Et inci-
piens a moyse et omnibus prophe-
tis: interpretabatur illis in omnibus
scripturis/ que de ipso erant. Et ap-
propinquauerũt castello quo ibant:
et ipse se finxit longius ire. Et coe-
gerunt illũ: dicentes. Mane nobiscũ
quoniam aduesperascit: et inclinata
est iam dies. Et intrauit cum eis.
Et factum est dum recumberet cum
illis: accepit panem et bñdixit ac fre
git/ et porrigebat illis. Et statim ap-
ti sũt oculi eorum/ et cognouerũt eũ
et ipse euanuit ex oculis eorum. Et
dixerunt adinuicem. Nonne cor no
strum ardens erat in nobis de iesu
dum loqueretur nobis in via: et ape-
riret nobis scripturas. Et surgẽtes
eadem hora regressi sunt in hierłm:
et inuenerunt cõgregatos vndecim/
et eos qui cum ipsis erant: dicẽtes quod
surrexit dñs vere/ et apparuit simo
ni. Et ipsi narrabãt q̃ gesta erant in
via: et quomodo cognouerunt eũ in
fractione panis. ℭ Credo. Offertoriũ
Angelus domini descendit de celo Mar.
et dixit mulieribus/ quem queritis? xvi b
surrexit sicut dixit alla. Secreta.
PAschales hostias immolan-
tes quesumus domine: vt quod
frequentamus actu/ comprehenda-
mus effectu. Per resurgẽtem a mor
tuis: dominum nostrum iesũ chri-
stum filium tuũ. Qui tecum vi. ℭ.
Cõio. Surrexit dominus et apparuit
petro alleluya. Postcommunio.
IMpleatur in nobis q̃s dñe sa
cramenti paschalis sacra liba-
tio nosque de terrenis affectibus ad
celeste transferat institutum. Per d.
ℭ Feria. iii. post pascha. Officium.
AQua sapiẽtie potabit eos Eccle
alleluya: firmabitur in xvi. b.
illis et non flectetur alle
luya: et exaltabit eos in
eternum alleluya alleluya. ps Con-
fitemini dño q̃m bonus: quoniã in
seculum misericordia eius. Oratio
DEus qui ecclesiam tuã nouo
semper fetu multiplicas: con-
cede famulis tuis vt sacramentum
viuendo teneant/ quod fide percepe
runt. Per. Lectio actuum apostolorum
IN diebus illis. Surgens pau- iii. D.
lus: et manu silentiũ indicẽs:
ait. Viri fratres filij generis abra-
ham: et q̃ in vobis timent deũ vobis
verbũ salutis huius missũ est. Qui
enim habitãt hierłm: et principes eius
ignorãtes iesũ et voces prophetarũ
que per omne sabbatũ leguntur/ indicãtes

impleuerūt. Et nullā causā mortis in
uenientes in corpetierunt a pilato
vt interficerēt eū. Cūq; cōsummas:
sent oia que de eo scripta erāt: depo
nētes eum de ligno/posuerūt eum i
monumento. Deus vero suscitauit
eū a mortuis tertia die/qui vis⁹ est
per dies multos his q̄ simul ascēde
rāt cum eo de galilea in hierlm: qui
vsq; nūc sunt testes eius ad plebem.
Et nos vobis annunciamus eā que
ad patres nostros remissio facta est:
qm̄ hanc de⁹ adimpleuit filijs nr̄is.
Resuscitans iesum xp̄m: dn̄m nr̄m.
Gr. Hec dies quā fecit dn̄s exultē:
m⁹ et letemur i ea. v. Dicāt nūc qui
redēpti sūt a dn̄o: quos redemit de
manu inimici/de regionib⁹ cōgrega:
Luce. xxiiij. F uit eos. Alla. v. Surgēs dn̄s iesus
noster: stetit i medio discipulorum suo:
rum et dixit: pax vobis. Sequentia.
Rome casta gcio cantica: or:
gana subnectens hypodori:
ta. Regi claustra deo tartarea/rum:
penti decanta nunc symphonia.
Morte qui victa resurgens gaudia
mundo gestat colenda. Ac insolita
morantes perdita cocyti confinia.
Aspectant lumina intrante illo vita
beata. Terrore percussa tremescit de
monum plebs valida. Dant suspi:
ria. Fletuum alta. Repagula quis
sic audax fregerit mirantur tunc
fortia. Sic ad supera. Redit cū tur:
ma. Gliosa: et timida refouet disci:
pulorum corda. Precelsa huius tro
phea admirantes: flagitemus nunc
voce decliua. Virginum inter agmi
na mereamur preciosa colere vt
pascha. Galilea inq; sacrata prefful:
gida contueri lucis exordia. ¶ Se:
quentia sancti euangel. S. lucam.
xxiiij. F In illo tempore: Stetit ies⁹ in
medio discipulorum suorum et dixit
eis. Pax vobis. Ego sū: nolite time:
re. Conturbati vero et cōterriti: exi
stimabāt se spiritū videre. Et dixit
eis. Quid turbati estis: et cogitatio:
nes ascēdūt in corda vestra? Videte
manus meas et pedes meos: qr ego
ipse sum. Palpate et videte: quia spi
ritus carnē et ossa non habet/sicut
me videtis habere: Et cū hoc dixis:
set: ostēdit eis man⁹ et pedes. Adhuc
autē illis nō credētib⁹ et mirātibus
pre gaudio dixit. Habetis hic aliqd
qd manducetur? At illi obtulerūt ei
partē piscis assi: et fauū mellis. Et
cum manducasset corā eis: sumens
reliquias/dedit eis. Et dixit ad eos.
Hec sunt verba que locutus sum ad
vos cum adhuc essem vobiscū: qm̄
necesse est impleri oia q̄ scripta sunt
in lege moysi/et prophetis/et psal:
mis de me. Tunc aperuit illis sen:
sum: vt intelligerent scripturas.
Et dixit eis. Qm̄ sic scriptum est: et
sic oportebat pati christū/et resurge
re a mortuis die tertia. Et predica:
ri in noie eius penitētiā et remissio:
nem pctōrū: in oēs gentes. Credo.
Offr. Intonuit de celo dn̄s: et altissi
mus dedit vocē suā: et apparuerūt
fontes aquarum alleluia. Secreta.
Suscipe domine preces eccle:
sie tue redemptionis sue gra
tia exultantis: vt presentium mune
rum fide/et tue resurrectionis cre:
dulitate pascatur. Qui viuis. Cōio.
Si consurrexistis cum christo q̄ sur
sum sunt querite alleluia: vbi xp̄s Col. iii. A
est in dextera dei sedēs: que sursum
sunt sapite alleluia. Postcōmunio.
Sanctificent nos dn̄e quesum⁹
sumpta mysteria: et paschalis
obseruantie sufficientem nobis tri:
buāt facultatem. Per. ¶ Feria. iiij.
post pascha. Ad missam. Officium.
Venite bn̄dicti p̄ris mei: Mat. xxv. C
percipite regnum alla: qd
vobis paratum est ab ori
gine mundi alleluia: alle:
luya alla. ps. Cantate dn̄o canticum
nouum/quia mirabilia fecit. Oro.

iij.

Ma. xxv. B

Deus qui nos resurrectionis dominice annua solennitate letificas: concede propitius vt p tē-poralia festa q̄ agim9: peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per dn̄m.

¶ Lectio actuum apostolorum.

iij. C In diebus illis. Aperiēs petr9 os suum dixit. Uiri israelite et qui timetis deum: audite. Deus abraham/ & deus isaac/ & de9 iacob: deū patrū nr̄ozū glorificauit filium suū iesū quē vos quidē tradidistis et negastis ante faciem pilati: iudicante illo dimitti. Uos autem sctm̄ & iustū negastis: & petistis virum homicidā donari vobis: auctorem vero vite interfecistis. Quem deus suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio quia p ignorantiam fecistis: sicut et principes vestri. Deus autem q̄ prenunciauit per os oim̄ prophetarum pati xp̄m suū: sic impleuit. Penitemini igitur et conuertimini: vt deleantur peccata vr̄a. Gr. Hec dies quam fecit dominus/ exultemus & letemur in ea. ℣ Dextera dn̄i fecit virtutem dextera dn̄i exaltauit me. All'a. ℣.

Mat. xxviij B Surrexit dominus & occurrens mulieri b9 ait auete/ tunc accesserunt et tenuerūt pedes eius. Sequentia.

Concinat orbis cunctus alleluia. Uotis voce solēnia. Celebrādo paschalia. Insontū tenera cōgaudeat turma: sacro fonte niuea. Spernēs flegetoncis vndas. Nos quoq̧ laxas aptemus fibras arte musica: Uoce sonora modificātes p̄sis pneumata. Uoce satis tinnulla. Xp̄s nāq̧ mitis hostia. Factus nr̄a ob remedia. Crucis pertulit p̄bra. Et iugis vita manēs subiit letalia Fellis amara passus prelibare pocula. Uulnera satis tolerauit dira: transfixus clauis et lancea. Sic patiendo mala gerens nostra: descendit ad ima tartarea. Hostis antiqui quo destringens arma: reuehit potens ampla ouando trophea. Sicq̧ deuicta morte: ac resumpta carne resurgit victor die in tertia. Unde iam iocundas ipsi canamus odas. Per quem nobis vita plausit eterna: et celi clara nobis patescit aula. Cui sit laus p̄eclara. Euang. Secūdū iohannem.

In illo tēpore. Manifestauit se iterum iesus discipulis suis ad mare tyberiadis manifestauit autē sic. Erant simul simon petr9 & thomas qui dicitur didymus: et nathanael qui erat a chana galilee/ & filij zebedi: & alij ex discipulis eius duo. Dixit eis simon petrus. Uado piscari. Dicunt ei. Uenimus & nos tecum. Et exierunt et ascenderunt in nauim: et illa nocte nichil prendiderunt. Mane autem facto/ stetit iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia iesus est. Dixit ergo eis iesus. Pueri/ nunquid pulmentarium habetis. Responderunt ei. Non Dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: et inuenietis. Miserunt ergo rete: & iam non valebant illud trahere / pre multitudine piscium. Dixit ergo discipul9 ille quē diligebat iesus: petro. Dominus est. Simon petrus cum audisset quia domin9 est: tunica succinxit se (erat enī nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli: nauigio venerunt. Non enī longe erāt a terra: sed quasi cubitis ducentis / trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram: viderunt prunas positas et piscem superpositum/ & panem. Dixit eis iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit simon petrus: et traxit rete in terrā plenū magnis piscibus centū quinquaginta trib9. Et cum tanti essent non est scissum rete Dixit eis ies9. Uenite prandete. Et nemo audebat discumbentium: interrogare xxi. A

est tu quis es scientes qr dñs est. Et venit iesus/et accepit panē et dedit eis:et piscē similiter. Hac iā tertio manifestatus est ies9 discipulis suis: cū resurrexisset a mortuis. Credo. Offr. Portas celi aperuit dominus:& pluit illis māna vt ederēt:panē celi dedit illis:panē angelorum manducauit homo alleluia. Secreta.

SAcrificia dñe paschalib9 gaudijs immolata/nobis tue propitiationis munus obtineant: quibus ecclesia tua mirabiliter pascitur

Rom. vi. B
& nutritur. Per. Cōio. Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur alleluya mors illi vltra non dominabitur alleluya alla. Postcōio.

AB omni nos quesumus domine vetustate purgatos sacramenti tui veneranda perceptio/ in nouam transferat creaturam. Per dominum. ¶ Feria. v. post pascha. Ad missam. Officium.

VIctricem manum tuam domine laudauerunt pariter alleluia: quia sapiētia aperuit os mutū:& linguas īfātium fecit disertas alleluia. alleluya. ps. Confitemini domino quoniam bonus:quoniam in seculum misericordia eius. Oratio.

DEus qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti:da vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentiū et pietas actionum. Per dominum. ¶ Lectio actuum apostolorum.

viij. c
IN diebus illis. Angelus domini locutus est ad philippum/dicens. Surge /.et vade contra meridianum:ad viam que descendit ab hierusalem in gazā/hec est deserta. Et surgēs abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopū/q̄ erat super omnes gazas eius:venerat adorare in hierusalē: et reuertebatur sedens super currū suum:legensq3 esaiam prophetam. Dixit aūt spūs philippo. Accede et adiunge te ad currum istū. Accurrēs aūt philippus:audiuit eū legentem esaiā pphetā/et dixit Putas ne intelligis q̄ legis? Qui ait. Et quomodo possum intelligere:si nō aliquis ostēderit michi? Rogauitq3 philippū vt ascenderet:& sederet secū. Locus aūt scripture quā legebat:erat hic. Tanq̄ ouis ad occisionem ductus est et sicut agnus coram tondente se sine voce sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit?quoniā tolletur de terra vita ei9. Respondēs autē eunuchus dixit philippo. Obsecro te de quo propheta dicit hoc:de se an de alio aliquo. Aperiens autē philipp9 os suum:incipiēs a scriptura ista euangelizauit illi iesum. Et dum irent p viā:venerunt ad quandam aquam Et ait eunuchus. Ecce aqua : quis prohibet me baptizari? Dixit autem philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et respondens ait. Credo filiū dei esse iesum christum. Et iussit stare currum. Et descenderunt vterq3 in quam philippus et eunuchus:& baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua:spūs domini rapuit philippū : & amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viā suā gaudēs:philipp9 autē inuentus est. in azoto Et pertransiens euangelizabat ciuitatib9 cūctis(donec veniret cesaream)nomen domini nostri iesu xpi. Gr. Hec dies quam fecit domin9 exultemus et letemur in ea Psal. cxvij.
V9. Lapidem quem reprobauerunt edificantes:hic factus est in caput anguli a domino factum est istud:& est mirabile in oculis nostris. Non repetatur gradale hac die post suū versum nec in sequenti die. Alleluia. Vrus. In die resurrectio: Mar. xiiij

gnere ē fo. sc.

nis mee (dicit dominus) precedam vos in galileam. Sequentia.

Dic nobis quib⁹ e terris nova. Cuncto mundo nuncias gaudia. Nostram rursus visitas patriam. Respondens placito vultu: clara voce dixit alleluya. Angel⁹ michi de xpo indicauit pia miracula. Resurrexisse dnm siderū cecinit voce laudād 1. Mox ergo pennas volucris vicinas dirigens leta per auras Rediit famulis/et dixit vacuatā legem veterem/et nouam regnare gratiam Itaqz plaudite famuli voce clara: xp̄s hodie redemit nos a morte dira. Pater filiū tradidit seruis vt interimerent: pro salute nr̄a. Sponte subiit filius mortē/vt nos redimeret morte ab et̄na. Nūc requiē capere licet oib⁹/et vita frui ppetua. Nunc colite pariter mecum famuli celebri laude sanctum pascha. Christus est pax nostra. Secundum Johānem.

xx. C In illo tempore. Maria stabat ad monumentum foris: plorans. Dum ergo fleret: inclinauit se et prospexit in monumētum. Et vidit duos angelos in albis sedētes vnum ad caput et vnum ad pedes/ vbi positum fuerat corpus iesu. Dicunt ei illi. Mulier qd ploras? Dixit eis. Qr tulerūt dnm meū/et nescio vbi posuerūt eū. Hec cū dixisset cōuersa est retrorsū: et vidit iesū stātē/ et nesciebat quia ies⁹ est. Et dixit ei iesus. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa existimās quia ortolanus esset: dixit ei. Dn̄e/si tu sustulisti eum: dicito michi vbi posuisti eū/ et ego eum tollā. Dixit ei iesus. Maria. Conuersa illa dixit ei. Rabboni. quod dicitur magister. Dixit ei ies⁹. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Uade autem ad fratres meos: et dic eis. Ascē do ad patrem meum et patrem vestrum/deum meum et deū vestrum.

Venit ergo maria magdalene: annūcians discipulis/qr vidi dn̄m: et hec dixit michi. Credo. Offer. In die solēnitatis vr̄e (dicit dn̄s) īducā vos i terrā fluētē lac et mel all'a. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e munera populorum tuorum propitius: vt confessione tui nominis et baptismate renouati/sempiternam beatitudinem consequantur. Per. Cōio. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius alleluya: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumē suum alleluya. Postcommunio.

Exaudi domine preces nostras vt redemptionis nostre sacrosancta commercia/et vite nobis cōferant presentis auxilium: et gaudia sempiterna concilient. Per dominū.

¶Feria. vj. post pascha. Officium.

Eduxit eos dn̄s in spe alleluya: et inimicos eorū operuit mare alleluya alleluya all'a. ps. Attendite popule meus legē meā: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Or. Psal. lxxvij

Omnips sempiterne deus qui paschale sacramentum in reconciliationis humane federe cōtulisti: da mentib⁹ nostris vt quod professione celebramus/imitemur effectu. Per do. Lectō epistole bei petri apli.

Karissimi. Christus semel pro peccatis nr̄is mortuus est iustus pro iniustis: vt nos offerret deo mortificatos quidē carne viuificatos autē spū. In quo et his q̄ in carcere conclusi erāt spiritibus veniēs predicauit: q̄ increduli fuerant aliquādo: quando expectabāt dei patiētiam in diebus noe cum fabricaretur arca/in qua pauci id est octo anime salue facte sunt per aquā. Quod et vos nūc similis forme saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium/sed cōscientie bone interrogatio in deum Per resurrectionem p̄ i. iii. d

dñi nostri iesu xpi: qui est in dextera dei. Gr. Hec dies quã fecit dñs: exultemus & letemur in ea. V. Benedictus qui venit i noie dñi: de9 dñs et illuxit nobis. Non repetatur grad. Alla. Vl9 Dicite in gentibus quia dñs regnauit a ligno. Sequentia.

Victime paschali laudes immolant xpiani. Agnus redemit oues/xps innocens patri: reconciliauit peccãtores. Mors & vita duello cõflixere mirando: dux vite mortuus regnat viuus. Dic nobis maria: quid vidisti in via? Sepulchrũ christi viuentis: & gloriã vidi resurgentis. Angelicos testes: sudarium & vestes. Surrexit christus spes nostra: precedet vos in galileam. Credendũ est magis soli marie veraci: q̃ iudeorum turbe fallaci. Scimus christũ surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Sequentia sancti euangelij: secundũ matheũ.

xxviij D In illo tempore. Undecim discipuli abierũt in galileã in montem vbi cõstituerat illis ies9. Et videtes eũ adorauerũt: quidã autẽ dubitauerũt. Et accedẽs iesus locutus est eis/dicẽs Data est michi omnis potestas: in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes/baptizãtes eos in nomine patris et filij/et spiritus sancti: docentes eos seruare oia quecunq3 mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnib9 diebus vsq3 ad cõsummationẽ seculi.

Leuit. xxiii. D Credo. Offr. Erit vobis hic dies memorialis alleluia: & diem festũ celebrabitis solẽnẽ dño in progenies vestras: legitimum sempiternũ diẽ. alleluia alleluia alleluia. Secreta.

Hostias quesum9 domine placatus assume: quas et pro renatorum expiatione peccati deferimus: et pro acceleratione celestis auxilij. Per dominũ. Cõio. Data est michi omnis potestas in celo et in terra alleluia: euntes docete omnes gentes/baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti alleluia alleluia. Postcommunio.

Deus q̃ adoptionis tue sobolem peccatorum remissione genuisti: da vt cuncti fideles tui veraciter apprehẽdãt/que presentib9 susceperunt sacramẽtis. Per dñm.

Sabbato post pascha. Officium.

Eduxit dñs populũ suũ i exultatione alleluia: et electos suos in leticia alleluya alla. ps. Confitemini domino & inuocate nomẽ eius annunciate inter gentes opera ei9. Kyrie eleyson. Oratio. P. ciiii

Concede q̃s oĩps deus: vt qui festa paschalia venerãdo egimus/per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per dominum. Lectio epistole beati pauli apostoli.

i. pet. ii. A Charissimi. Deponentes igitur oẽm maliciã/et oẽm dolum/et simulationes/et inuidias/et oẽs detractiones: sicut modo geniti infantes/rationabiles/sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem. Si tamen gustatis qm̃ dulcis est dñs. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuũ/ab hoibus quidẽ reprobatum: a deo autem electũ & honorificatum. Et ipsi tanq̃ lapides viui superedificamini domos spũales/i sacerdotiũ sanctũ offerentes spiritales hostias acceptabiles deo/p iesum xpm Propter qđ cõtinet scriptura. Ecce ponam in sion lapidẽ summum/angularem/pbatũ/electũ/preciosum et oĩs qui crediderit in eũ nõ confundetur. Vobis igitur honor credentibus/nõ credentib9 autẽ lapis quẽ reprobauerũt edificãtes hic factus est in caput anguli/et lapis offensionis/et petra scandali/his qui offendunt verbo/nec credunt in quo et positi sunt. Vos autem genus

electum/regale sacerdotiũ/gẽs san:
cta/populꝰ acquisitionis:vt virtu:
tes annuncietis eius ꝙ de tenebris
vos vocauit in admirabile lumen
suũ. Qui aliqñ nõ populus dei:nũc
autẽ populꝰ dei. Et qui nõ cõsecuti
miam:nũc autẽ miam ꝯsecuti. Duo
pueri ĩ supplicijs in pulpito dicãt
Alleluia. ℣. Hec dies quam fecit dñs
exultemꝰ & letemur in ea. Nõ repe:
tatur Alleluia. Nõ ꝑ eni repetit̃ primũ
Alleluia. post suũ ℣. qñ duo Alleluia habẽt
sed scdm Alleluia semꝑ repetit̃ post suũ
℣. Similiter fiet qñ vnũ solũ Alleluia.
Habetur deinde alij duo pueri ad
gradum chori ĩ superpellicijs cãtẽt
hoc. Alleluia. ℣ Laudate pueri dñm:
laudate nomẽ dñi & finiat̃ a choro.
Stati sequat̃ alius ṽsus ab eisdem
pueris. ℣. Sit nomẽ dñi bñdictum
ex hoc nũc & vsq₃ in sclm. Similiter
finiatur a choro. Deinde repetatur
Alleluia. sine neuma. Sequentia.

Mane prima sabbati surgens
filiꝰ dei nostra spes & gloria.
Victo rege sceleris / redijt ab infe
ris:cum summa victoria. Cuius re:
surrectio/oĩ plena gaudio:cõsolatur
oĩa. Resurgẽtis itaq₃:maria magda
lene/facta est prenuncia. Ferens xp̃i
fratribus eius morte tristibus/expe
ctata gaudia. O beati oculi:qbꝰ regẽ
seculi morte:iam deposita/prima est
intuita. Hec est illa femina:cuiꝰ cũ:
cta crimina/ad christi vestigia eius
lauit grã. Que dũ plorat & mẽs orat
facto clamat qđ cor amat:iesum su:
per omnia. Nõ ignorat quẽ adorat
quid ꝑcet̃/sed delet qđ mẽs timet
cõscia. O maria mater pia:stella ma
ris appellaris operum per merita.
Matri xp̃i coequata/ dum fuisti sic
vocata:sed honore subdita. Illa mũ
di imperatrix/ista beata peccatrix/le
titie primordia fuderunt in ecclesia
Illa enim fuit porta / per quã fuit
lux exorta:hec resurgentis nunciã/
mundũ replet letitia. O maria mag
dalena:audi vota laude plena:apud
christum chorum istum / clementer
concilia. Ut fons summe pietatis ꝙ
te lauit:a peccatis seruos suos atq₃
tuos/mundet data venia. Amen di:
cant omnia. Secundum iohannem.

In illo tempore. Una sabbati xx A
maria magdalene venit mane
cum adhuc tenebre essent ad monu:
mẽtũ:& vidit lapidem sublatũ a mo
numẽto. Cucurrit ergo & venit ad si
monẽ petrũ:& ad alium discipulum
quẽ amabat iesus/et dixit eis. Tule
runt dñm meũ de monumẽto:& ne:
scio vbi posuerunt eũ. Exijt ergo pe
trus/et ille alius discipulus:& vene
rũt ad monumentum. Currebãt au
tem duo simul:& ille alius discipu:
lus precucurrit citiꝰ petro / & venit
primꝰ ad monumẽtũ. Et cum se in:
clinasset:vidit linteamina posita/nõ
tamen introiuit. Uenit ergo simon
petrꝰ sequens eũ:et introiuit in mo
numentum. Et vidit linteamina po
sita:et sudarium quod fuerat super
caput eius/non cum linteaminibus
positum/sed separatim inuolutum
in vnum locum. Tunc ergo introi:
uit & ille discipulus qui venerat pri
mus ad monumentum : et vidit et
credidit. Nondum enim sciebant
scripturas:quia oportebat eũ a mor
tuis resurgere. Credo. Offertoriũ.
Benedictus qui venit in nomine do Psal.
mini:benediximus vobis de domo cxvij.
domini:deus dominus et illuxit no
bis alleluia alleluia. Secreta.

Concede q̃s domine semꝑ nos
ꝑ hec mysteria paschalia gra:
tulari:vt continua nostre reparatio
nis operatio / perpetue nobis fiat
cause letitie. Per dominum. Cõio.
Oẽs ꝙ in xp̃o baptizati estis / chri:
stum induistis alleluia. Postcõio.

Redemptionis nr̃e munere vege
tati q̃s domine/vt hoc perpe:

tue salutis auxilio/fides semper ve
ra pficiat. Per dnm. ¶Dominica i
octa. pasche. Ad missam. Officium.
p. cxx viij. Resurrexi et adhuc tecum
sum alleluia: posuisti super
me manu tua alla: mira
bilis facta est scietia tua
alla alla. P. Dne pbasti me et cogno
uisti me: tu cognouisti sessione mea
et resurrectione mea. Gl'ia pri. Or.
Deus q hodierna die p vni
genitu tuum eternitatis no
bis aditum deuicta morte reserasti
vota nostra que preueniendo aspi
ras/etiam adiuuando prosequere.
Per eundem. Nulla fiat memoria
de do. Epla. Expurgate vetus. que
re supra in die pasche. fo. lxxxix. lo
co grad. Alla. V. Pascha nostrum
immolatus est christus. Secundum.
Mar. xxviij A Alleluia. V. Angelus dni descendit
de celo: et accedes reuoluit lapidem.
et sedebat super eum. Sequentia.
Laudes saluatori voce module
mur supplici. Et deuotis me
lodijs: celesti dno iubilemus messie.
Qui seipsu exinaniuit: vt nos perdi
tos liberaret hoies Carne gloria dei
tatis occulens. Pannis tegit i prese
pe: miserans precepti transgressore
pulsum patria paradisi nudulum.
Joseph marie simeoni subdit. Cir
cucidit: et legali hostia mudat ve
peccatoz: nostra q solet relaxare cri
mina. Serui subit manus baptizan
cõtige. nulla de dñica fiet mẽo. ad
mis. i3 aliqñ ꝑ necessitate factũ fue
rit mẽo. ad ves. ⁊ ad mat. sub silen
cio:ut alias dictũ est sꝫ qñ fit de ali
quo fes. ix. lc. i dñicis/scꝫ fiat mẽo
de do. ⁊ tri. ad mis. qñ ad vs. et
ad mat. facta fuerit mẽo. nisi mis.
dñical. debeat cãtari ipsa dñica in
capito. Lectõ ep'le bti iohãnis apl'i.

Charissimi. Deus charitas
est. In hoc apparuit chari- i. iiii. B
tas dei in nobis:qm̃ filiũ suũ uni-
genitũ misit de⁹ i mũdum:ut viua
mus ꝑ eũ. In hoc est charitas non
quasi nos dilexerimus deũ:sed qm̃
ipse prior dilexit nos:⁊ misit filiũ
suũ propiciationẽ ꝑ peccatis nr̃is
Charissimi/si deus dilexit nos:et
nos debem⁹ alterutrum diligere.
Deum nemo vidit unq̃. Si diliga
mus inuicẽ/de⁹ in nobis manet:
et charitas ei⁹ in nobis pfecta est.
In hoc cognoscim⁹ qm̃ i eo mane-
mus ⁊ ipse i nobis:qm̃ de sp̃u suo
dedit nobis. Et nos vidim⁹ ⁊ testi
ficamur:qm̃ pr̃ misit filiũ suũ sal-
uatorẽ mũdi. Quisq̃s cõfessus fue
rit qm̃ ies⁹ est fili⁹ dei:de⁹ i eo ma-
net/⁊ ip̃e i deo. Et nos cognouim⁹
et credimus charitati:quam habet
de⁹ i nobis. De⁹ charitas est. Et q̃
manet i charitate in deo manet:et
de⁹ i eo. In hoc pfecta est charitas
dei nobiscũ:ut fiduciã habeamus
in die iudicii:q̃a sicut ille est ⁊ nos
sumus i hoc mũdo. Timor nõ est i
charitate:sed perfecta charitas fo-
ras mittit timorẽ:qm̃ timor penã
habet. Qui autẽ timet: nõ est per-

fecē i charitate. Nos ergo diliga
mꝰ deū: qm̄ ipse prioꝛ dilexit nos.
Si quis dixerit qm̄ diligo deum ꝗ
fratrem suum oderit/mendax est.
Quem enim non diligit fratrē suū
quē videt/deū quē non videt/quo
modo potest diligere? Et hoc man
datum habemus a deo: vt qui dili
git deum diligat ꝗ fratrem suum.
ps.lx. Gr. Ego dixi dn̄e miserere mei: sa
na aīam meā quia peccaui tibi. V.
Beatus qui intelligit super egenū
ꝗ pauperem/in die mala liberabit
eū dn̄s. Allā. V. Verba mea auri
bus ꝑcipe dn̄e: intellige clamoꝛem
meū. Nulla dꝛ sequētia qm̄ de dn̄ica
agit vsqꝫ ad aduētū dn̄i. Scd̄m lucā.
ix. C In illo tēpoꝛe. Dixit iesus di
scipulis suis/parabolā hāc.
Homo quidā erat diues et indue
batur purpura et bisso: et epulaba
tur quotidie splēdide. Et erat qui
dam mendicus nomine lazarꝰ qui
iacebat ad ianuam eius vlceribus
plenꝰ cupiens saturari de micis ꝗ
cadebāt de mēsa diuitis/ꝗ nemo il
li dabat. Sed ꝗ canes veniebant/ꝗ
lingebāt vlcera eiꝰ. Factū est autē
vt moꝛeretur mēdicus: ꝗ poꝛtare
tur ab angelis in sinum abꝛahe.
Moꝛtuꝰ est aūt et diues/et sepultꝰ
est in inferno. Eleuās autē oculos
suos cū esset i toꝛmētis vidit abꝛa
ham a longe/ꝗ lazarū in sinu eiꝰ.
Et ipse clamās/dixit. Pr̄ abꝛaham
miserere mei: ꝗ mitte lazarū vt in
tingat extremū digiti sui i aquā vt
refrigeret liguā meā qꝛ crucioꝛ in
hac flāma. Et dixit illi abꝛahā. Fi
li recoꝛdare/qꝛ recepisti bona i vi
ta tua/et lazarus silr̄ mala. Nunc
autē hic cōsolatur/tu vero crucia
ris. Et i his oībꝰ inter nos et vos
chaos magnū firmatū est/vt hi q
volūt hic trāsire ad vos nō possit
neqꝫ īde huc trāsmeare. Et ait. Ro
go ergo te pater vt mittas eū i do
mū pr̄is mei. Habeo eīm quiqꝫ fra
tres/vt testet̄ illis ne ꝗ ipsi veniāt
in hūc locū toꝛmentoꝛū. Et ait illi
abꝛaham. Habent moysen ꝗ ꝓphe
tas/audiāt illos. At ille dixit. Nō
pater abꝛahā/sed si qs ex moꝛtuis
ierit ad eos penitentiā agent. Ait
autē illi. Si moysē et ꝓphetas nō
audiunt: neqꝫ si qs ex moꝛtuis re
surrexerit credēt. Offert. Intende
voci oꝛonis mee rex meus et deus
meꝰ: qm̄ ad te oꝛabo dn̄e. Secreta.
DEus qui nos ad imaginem
tuam conditos et sacramen
tis renouas et preceptis: supplicū
preces et munera benignus acce
pta: vt qd̄ fiducia non habet meri
toꝛū/placationes obtineāt hostia
rū. Per. Cōio. Narrabo oīa mira
bilia tua: letaboꝛ ꝗ exultabo in te/
psallā noī tuo altissime. Postcōio.
TAntis dn̄e repleti muneri
bus/presta qs vt et saluta
ria dona capiamus/ꝗ a tua nunqꝫ
laude cessemus. Per dn̄z. C Feria
iiii. Lectio epistole beati petri apl̄i
CHarissimi. Notum fecimus
vobis dn̄i nr̄i iesu xp̄i virtu v. C
tutem et prescientiā/sed speculato
res facti ipsius magnitudinis. Ac
cipiens enim a deo patre honoꝛē ꝗ
gloꝛiam: voce delapsa ad eum hu
iuscemodi a magnifica gloꝛia Hic
est filius meus dilectus/in quo mi
chi complacui: ipsum audite. Et
hanc vocem nos audiuimus de ce
lo allatam/cū essemꝰ cum ipso in
mōte sancto. Et habemus firmio
rem ꝓpheticū sermonem cui be
ne facitis attendentes: quasi lucer
ne lucenti in caliginoso loco. Do
nec dies elucescat/et lucifer oꝛiat
in coꝛdibꝰ vestris. Scd̄m matheū.
IN illo tēpoꝛe. Dixit iesus di
scipulis suis. Nolite putare v. C
quia veni soluere legem: aut pro
phetas. Non veni soluere: sed adī

plere. Amen quippe dico vobis/donec trāseat celū et terra/iota vnum aut vnus apex non preteribit a lege donec oīa fiāt. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis et docuerit sic hoīes: minim⁹ vocabit i regno celorū. Qui autē fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorū.

Dñica.ij.post trinitatem. Offm.

psal. xvij. Factus est domin⁹ protector me⁹ & eduxit me i latitudinē: saluū me fecit qm̄ voluit me. ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. Oratio.

Sancti nominis tui dñe timorē pariter et amorem fac nos habere perpetuum: qr nunq̄ tua gubernatione destituis/quos in soliditate tue dilectionis instituis. Per.

Lectio epistole beati iohannis apli.

i.iij. C Charissimi, Nolite mirari: si odit vos mundus. Nos scimus qm̄ translati sumus de morte ad vitam: qm̄ diligim⁹ fratres. Qui nō diligit: manet in morte. Oīs qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis qm̄ oīs homicida: non habet vitā eternā in se manētē. In hoc cognoscimus charitatē dei/qm̄ ille p nobis aīam suam posuit: & nos debemus p fr̄ibus aīas ponere. Qui habuerit substātiā huius mundi/& viderit fratrem suū necessitatē patientem/et clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet in eo? Filioli mei/nō diligamus verbo neq₃ lingua: sed ope & vitate. Gr. Ad dñm cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. ps. Dñe libera animā meam a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Alla. ps. De⁹ iudex iustus fortis et patiēs: nunqd irascit p singulos dies.

Euangelium. Secundum Lucam.

xiiij. D In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Homo quidam fecit cenā magnā: & vocauit multos. Et misit seruū suum hora cene dicere inuitatis vt venirent: qr iam parata sunt omnia. Et ceperūt simul oēs excusare. Primus dixit illis. Villam emi: & necesse habeo exire/et videre illam. Rogo te: habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boū emi quinq₃: & eo pbare illa. Rogo te habe me excusatū. Et alius dixit. Uxorē duxi: & ideo non possū venire. Et reuersus seruus nunciauit hec dño suo. Tūc iratus paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles/cecos et claudos introduc huc. Et ait seru⁹. Dñe/factum est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes: et cōpelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis q̄ nemo virorum illorum qui vocati sunt: gustabit cenam meam. Offr.

Domine conuertere et eripe animā meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. ps. vj

Secreta.

Oblatio nos domine tuo nomini dicanda purificet: et de die in diem ad celestis vite transferat actionem. Per. Cōio Cantabo domino qui bona tribuit michi et psallā nomini domini altissimi. Postcōio.

Sumptis domine muneribus sacris: qs vt cū frequentatione mysterij/crescat nr̄e salutis effectus. Per. Feria.iiij. Ad ephe.

iiij. D Fratres. Hoc dico et testificor in domino: vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulāt. In vanitate sensus sui/tenebris obscuratum habētes intellectum/alienati a via dei per ignorantiā que est i illis propter cecitatē cordis ipsorū. Qui desperantes semetipsos tradiderūt impudicitie: in operationē immūditie oīs: in auariciā. Uos autē nō ita didicistis xp̄m si tn̄ illū audistis: et in

ipso edocti estis: sicut est veritas i ie
su. Deponite vos secūm pristinā con
versationē veterē hoīem q corrūpit
secūm desideria erroris. Renouamī
ni aūt spū mentis vrē: et induite nouū
hoīem: qui secundum deū creat⁹ est in
iusticia & sanctitate veritatis. In
xpo iesu dn̄o nr̄o. Secūm matheum.

xxi. C In illo tpe. Cum venisset iesus
i tēplū accesserunt ad eū princi
pes sacerdotum & seniores ppli di
cētes. In qua potestate hec facis: et
qs dedit tibi hāc potestatē. Respon
dēs iesus: dixit illis. Interrogabo
vos: & ego vnum sermonē quem si
dixeritis michi: et ego vobis dicā i
qua potestate hec facio. Baptismus
iohannis vnde erat de celo an ex ho
minib⁹? At illi cogitabāt intra se di
cētes Si dixerimus de celo dicet no
bis. Quare ergo non credidistis illi.
Si aūt dixerimus ex hoīb⁹ timem⁹
turbam. Oēs eni habebāt iohānē si
cut pphetā. Et respondētes iesu/di
xerunt. Nescimus. Ait illis/et ipse.
Neqꝫ ego dico vobis/in qua potesta
te hec facio. Dominica. iiii. post
trinitatem. Ad missam. Offi.

Psal. xxiiii. Respice i me & miserere
mei dn̄e qm̄ vnic⁹ & pau
per sū ego: vide humili
tatē meā & laborē meū
& dimitte oīa pctā mea
de⁹ me⁹. ℣ Ad te dn̄e leuaui aiaz meā
de⁹ me⁹ i te cōfido nō erubescā. Or.

Deprecationem nostram que
sumus dn̄e benign⁹ exaudi:
et quibus supplicandi prestas affe
ctum/tribue defensionis auxilium:
Per do. Lectio epl'e bti petri apli.

vi. C Charissimi. Humiliamini sub
potenti manu dei: vt vos ex
altet in tpe visitationis. Omnē soli
citudinē vestram pricientes i eū: qm̄
ipsi cura est de vobis. Sobrij estote
& vigilate: quia aduersarius vester
diabolus tanqꝫ leo rugiens circuit/
querens quem deuoret. Cui resistite
fortes i fide: scientes eadem passio
num ipa que in mundo est/vestre fra
ternitati fieri. Deus autem omnis
gratie qui vocauit vos in eternam
suam gloriam in christo iesu modi
cum passos ipse perficiet / confir
mabit/solidabitqꝫ. Ipsi gloria & im
periū: in secula seculorum. Gr. Ia
cta cogitatū tuū i dn̄o & ipse te enu
triet. ℣. Dum clamarē ad dominū
exaudiuit vocem meā: ab his qui ap
propinquant michi. Alleluya. ℣.
Diligā te dn̄e virtus mea: dn̄s fir
mamentū meum et refugium meū
et liberator meus. Secundū lucam.

xv. A In illo tpe. Erant approxin
quātes ad iesum publicani et
peccōres: vt audirent illum. Et mur
murabant scribe et pharisei dicētes
quia hic peccatores recipit & mādu
cat cū illis. Et ait ad illos parabo
lā istā: dicēs. Quis ex vobis hō qui
habet centū oues: & si pdiderit vnā
ex illis: nonne dimittit nonaginta
nouē in deserto/et vadit ad illam q
pierat donec inueniat illam? Et cum
inuenerit eā: iponit i humeros suos
gaudens. Et veniēs domū cōuocat
amicos & vicinos: dicens illis. Con
gratulamini michi: qꝛ inueni ouem
meā que perierat. Dico vobis q̄ ita
gaudiū erit i celo super vno pctōre
penitenciā agente: q̄ super nonagin
ta nouē iustis q non indigēt penitē
tia. Aut que mulier habens drach
mas decē: & si perdiderit drachmā
vnā/nōne accendit lucernā: et euer
tit domū/et querit diligenter donec
inueniat eā? Et cū inuenerit: conuo
cat amicas & vicinas dicens. Con
gratulamini michi qꝛ inueni drach
mā quā pdideram. Ita dico vobis:
gaudiū erit corā angelis dei sup
vno pctōre penitētiam agēte. Offi.
Sperēt i te oēs q nouerūt nomē tuū
dn̄e: qm̄ nō derelinquis querētes te

psallite dño q̃ habitat i syõ: qm̃ nõ est
oblit⁹ orationẽ pauperũ. Secreta.

M Unera tibi dñe q̃sum⁹ obla=
ta sãctifica: vt tui nobis vni
geniti corp⁹ et sanguis fiant ad me
delam. Qui te. Cõio. Ego clamaui
quoniã exaudisti me de⁹: inclina au
rẽ tuã et exaudi verba mea. Postcõ.

S Acris dñe muneribus perce=
ptis: q̃s vt nos eorum virtu=
te/et a viciis omnibus expies; et do=
nis gratie tue iugiter repleas. Per
dominũ. ¶ Feria.iiii. Ad timotheũ

ii. iiii. C C Harissime. Dñs michi astitit
et confortauit me: vt per me
predicatio adimpleat: et audiant oẽs
gẽtes q̃ liberat⁹ sum de ore leonis.
Liberauit me domin⁹ ab omni ope
re malo: & saluũ faciet in regnũ suũ
celeste. Ipsi glia: in secla seclor̃ amen.
Sequẽtia sãcti euãge. scd̃m matheũ.

v. D I N illo tẽpore. Dixit ies⁹ disci=
pulis suis. Esto consentiẽs ad=
uersario tuo cito dum es in via cum
eo: ne forte tradat te aduersarius iu
dici/et iudex tradat te ministro: et in
carcerem mittaris. Amen dico tibi:
non exies inde donec reddas nouis=
simũ quadrantẽ. Audistis: quia di=
ctum est antiquis: non mechaberis.
Ego autem dico vobis: quia omnis
qui viderit mulierẽ ad cõcupiscẽdũ
eam: iã mechat⁹ est eã in corde suo.
Quod si oculus tuus dexter scanda
lizat te: erue eum: et proice abs te.
Expedit enim tibi vt pereat vnũ mẽ=
brorũ tuorũ: quam totũ corpus tuũ
mittatur i gehẽnam. Et si dextera
manus tua scandalizat te: abscide
eã et proiice abs te. Expedit enim ti
bi vt pereat vnũ mẽbror̃ tuor̃: quã
totum corpus tuũ eat in gehennã.
¶ Dñica.iiii. post trinitatẽ. Offm̃.

Psal. xxvi. D Ominus illuminatio mea
et salus mea: quem time=
bo: dominus defensor vi
te mee a quo trepidabo:
qui tribulant me inimici mei: ipsi in
firmati sunt et ceciderunt. ps. Si
consistant aduersum me castra: non
timebit cor meum. Oratio.

P Rotector in te sperantium de
us sine quo nichil est validũ
nichil sãctum: multiplica super nos
miam tuam: vt te rectore te duce: sic
transeamus per bona tpalia/vt nõ
amittam⁹ eterna. Per. Ad romanos.

F Ratres. Existimo enĩ q̃ non viii. D
sunt condigne passiones huius
tpis: ad futurã gliam q̃ reuelabitur
in nobis. Nam expectatio creature
reuelationem filiorum dei expectat.
Vanitati enĩ creatura subiecta est/
nõ volens: sed ꝓpter eũ qui subiecit
eam in spe. Qr̃ et ipsa creatura libe
rabitur a seruitute corruptionis: i li
bertatem glie filiorũ dei. Scim⁹ enĩ
q̃ oĩs creatura ingemiscit: et partu=
rit vsq̃ adhuc. Non solum autem
illa: sed et nos ipsi primitias spirit⁹
habentes/et ipsi intra nos gemim⁹
adoptionem filiorũ dei/expectãtes
redẽptionẽ corporis nostri. In xp̃o
iesu: dño nr̃o. Gr̃. Propiti⁹ esto do=
mine pctis nr̃is/neq̃ñ dicant gẽtes
vbi est de⁹ eor̃. V. Adiuua nos deus
salutaris noster/& propter honorem
nõis tui dñe libera nos. Alla. Ver⁹.
Domine i virtute tua letabitur rex/
et super salutare tuum exultabit ve
hementer. Secundum lucam.

I N illo tempore. Dixit ie= vi. F.
sus discipulis suis. Esto
te misericordes: sicut et
pater vester misericors
est. Nolite iudicare: et non iudica=
bimini. Nolite cõdẽnare: et non cõ=
demnabimini. Dimittite: et dimit=
temini. Date: et dabitur vobis. Men
suram bonam et confertam et coa=
gitatam et supereffluentẽ: dabũt in
sinum vestrum. Eadem quippe mẽ=
sura qua mensi fueritis: remetie=
tur vobis. Dicebat autem illis et

similitudinem. Nūquid potest cec⁹
cecū ducere? Nonne ambo in foueā
cadūt? Nō est discipulus super ma=
gistrū. Perfectus autem ōis erit si
sit sicut magister eius. Quid autem
vides festucam in oculo fratris tui:
trabem autem que in oculo tuo est/
non consideras? Aut quomodo po=
tes dicere fratri tuo/frater sine ej=
ciam festucam de oculo tuo ipse in
oculo tuo trabem non vides? Hypo
crita/ejice primum trabem de oculo
tuo: et tunc perspicies vt educas fe=
stucam: de oculo fratris tui. Offer.
Illumina oculos meos ne vnq̄ ob=
dormiā in morte/neq̄ dicat inimic⁹
me⁹ preualui aduersus eum. Secr.
Respice q̄s dn̄e munera suppli
cantis ecclesie: et saluti creden
tium perpetua sanctificatione sumē
da concede. Per. Cōio. Domin⁹ fir=
mamentum meum et refugiū meū/
et liberator meus: deus meus adiu
tor meus. Postcommunio.
Sancta tua nos domine sumpta
viuificent: et mīe sempiterne
preparent expiatos. Per. ¶ Feria
iiij Lectio ep̄le beati iohannis ap̄li.
i.ij. A Charissimi. In hoc scim⁹ quo
niam cognouimus deum: si
mandata eius obseruamus. Qui di
cit se nosse deum/et mādata eius nō
custodit: mendax est & i hoc veritas
non est. Nā q̄ custodit verbum eius
vere in hoc charitas dei perfecta est.
In hoc scimus quoniam in ipso su=
mus. Qui dicit se in christo mane=
re: debet sicut ille ambulauit/et ipse
ambulare. Secundum matheum.
xvij. In illo tempore. Interrogaue
runt discipuli iesum dicentes.
Quid scribe dicūt: q̄ heliā oporteat
primū venire? At ille respōdens ait
eis. Helias quidē venturus: est et re=
stituet omnia. Dico autē vobis quia
helias iam venit/et non cognoue=
runt eum: sed fecerunt in ea q̄cunq̄
voluerūt. Sic & filius hoīs passur⁹
est ab eis. Tunc intellexerūt discipu
li/q̄ de iohāne baptista dixisset eis
Et cū venisset ad turbā: accessit ad
eū homo genibus prouolutus ante
eū/dicēs. Dn̄e/miserere filio meo/
q̄ lunatic⁹ est: et male patit. Nā se=
pe cadit i ignē: & crebro in aquā. Et
obtuli eū discipulis tuis: et nō potue
rūt curare eū. Respōdēs aūt ies⁹: ait
O generatio incredula et peruersa/
quousq̄ ero vobiscū: vsq̄quo patiar
vos? Afferte huc illum ad me. Et in
crepauit eū iesus: & exijt ab eo demo
niū: et curatus est puer ex illa hora.
¶ Dn̄ica. v. post trinitatem. Offm.
Exaudi domine vocē meā Psal.
qua clamaui ad te: adiu= xxvi.
tor meus esto ne derelin=
quas me / neq̄ despicias
me deus salutaris meus. Ps. Dn̄s
illuminatio mea & salus mea: quem
timebo? Kyrie eleison. Oratio.
Da nobis q̄s dn̄e vt & mundi
cursus pacifice nobis tuo
ordine dirigatur: et ecclesia tua tran=
quilla deuotione letetur. Per dn̄m.
Lectio epistole beati Petri apostoli. iii. a
Charissimi. Ōes vnanimes in
oratione estote: compatientes
fraternitatis amatores/ misericor=
des/modesti/humiles. Non redden
tes malum pro malo: vel maledictū
pro maledicto: sed econtrario bene=
dicētes. Quia in hoc vocati estis: vt
benedictionem hereditate possidea=
tis. Qui enim vult vitam diligere/
et cupit videre dies bonos: coher=
ceat linguā suam a malo: & labia ei⁹
ne loquantur dolum. Declinet aūt
a malo & faciat bonū: inquirat pacē
et sequatur eam. Q2 oculi dn̄i super
iustos: et aures ei⁹ ad preces eorum.
Vultus aūt dn̄i: sup facientes ma=
la. Et quis est q̄ vobis noceat: si bo=
ni emulatores fueritis: Sed et si q̄d
patimini propter iusticiam beati.

Timorem autẽ eorũ ne timueritis/ vt non conturbemini. Dñm autem xpm sanctificate:in cordibus vris.
Gr. Protector noster aspice deus/ et respice super seruos tuos. ℣ Dñe deus virtutum exaudi preces seruo
p̄.xxx rum tuorũ. Alla.℣. In te dñe spe rauí non confundar in eternum:in tua iusticia libera me et eripe me in clina ad me aurem tuam/accelera vt eripias me. Euange. Scd̃m lucam.
v. A In illo tẽpore. Cum turbe irrue rent ad iesum vt audirent ver bum dei/et ipse stabat secus stagnũ genezareth. Et vidit duas naues stã tes secus stagnum/piscatores autẽ descẽderãt/et lauabant retia. Ascen dens autem in vnã nauim que erat simonis/rogauit eum vt a terra re duceret pusillum. Et sedens doce bat de nauicula turbas. Ut cessauit autem loqui/dixit ad simonẽ. Duc in altum/et laxate retia vestra in ca pturam. Et respondẽs simon:dixit illi. Preceptor:per totam noctẽ labo rãtes nichil cepim⁹:in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissẽt: concluserũt piscium multitudinem copiosam. Rũpebatur aũt rete eorũ: et annuerunt socijs qui erãt in alia naui/vt venirent et adiuuarẽt eos. Et venerunt ꝛ impleuerunt ambas nauiculas:ita vt pene mergerẽtur. Q̄d cum videret simon petrus:pci dit ad genua iesu dicens. Exi a me dñe:q2 hõ pctõr sum. Stupor enim circundederat eum:ꝛ oẽs qui eũ illo erãt i captura piscium quã ceperãt. Silr̃ aũt iacobũ et iohannem filios zebedei:qui erant socij simonis. Et ait ad simonem iesus. Noli timere: ex hoc iam hoies eris capiens. Et subductis ad terram nauibus:reli ctis omnibus/secuti sunt eũ. Offe. Benedicam dominum qui michi tri buit intellectum:prouidebam deum in conspectu meo semper:qm̃ a dex tris est michi ne commouear. Secr.

Ascendant q̄s dñe preces humi litatis nr̃e in cõspectu clemẽ tie tue:et descendat super hec oblata virt⁹ tue diuinitatis:quã nr̃is quo q3 purificandis mentib⁹ largiaris. Per dñm. Unã pet̃ij a dño hãc re quiram:vt inhabitem in domo dñi: omnibus dieb⁹ vite mee. Postcõio.

Misteria nos dñe q̄s sancta pu rificent:et suo munere tuean tur.p. ¶ Fer.iiij. Ad thimotheum.

Charissime. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes/ora tiones/postulationes grãrum actio nes:pro oibus hoib⁹. Pro regibus/ et oibus qui in sublimitate sunt con stituti:vt quietam ꝛ tranquillã vitã agamus/in omi pietate et castitate. Hoc em̃ bonum est/et acceptũ corã saluatore nostro deo : qui oẽs hoies vult saluos fieri/et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus: vnus et mediator dei et hoim homo xp̃s iesus:qui dedit redemptionẽ se metipsum p̄ oib⁹. Cui⁹ testimoniũ temporib⁹ suis cõfirmatũ est:i quo posit⁹ sum ego p̄dicator ꝛ apl̃s. Ue ritatem dico nõ mentior doctor gen tiũ:ĩ fide ꝛ veritate. Euãg. S. lucã.
In illo tp̃e. Factum est in vna dierum:et iesus ascẽdit i naui culam ꝛ discipuli ei⁹. Et ait ad illos Trãsfretem⁹ trãs stagnũ. Et ascen derũt. Nauigãtibus aũt illis obdor miuit. Et descẽdit procella vẽti ĩ sta gnũ:ꝛ cõpellebantur fluctib⁹ ꝛ peri clitabãtur. Accedentes autem susci tauerunt eum dicentes. Preceptor: perimus. At illi surgẽs increpauit ventũ ꝛ tempestatẽ aque:ꝛ cessauit/ et facta est tranquillitas. Dixit au tem illis. Ubi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt ad inuicem: dicentes Quis putas hic est? Quia ꝛ vẽtis imperat ꝛ mari obedit ei. viij.d
¶ Dominica.vj.post trini. Officiũ.

Psal. xxvij. Dominus fortitudo plebis sue et protector salutarium xpi sui est/saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue/et rege eos usque in seculum. Ps. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me:nequando taceas a me/et assimilabor descendentibus in lacum. Oro.

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti/infunde cordibus nostris tui amoris affectum/ut te in omnibus et super omnia diligentes/promissiones tuas/que omne desiderium superant consequamur. Per. Ad romanos.

vi. a. Fratres. Quicunque baptizati sumus in christo iesu/in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem/ut quomodo xps surrexit a mortuis per gloriam patris/ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius/simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes quia vetus homo noster, simul crucifixus est/ut destruatur corpus peccati / ut vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est/iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum xpo/credimus quia simul etiam viuemus cum illo. Scientes quod xps resurgens ex mortuis iam non moritur/mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato/mortuus est semel. Quod autem viuit/viuit deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato/viuentes autem deo. In christo iesu domino nostro. Gr. Conuertere domine aliquantulum:et deprecare super seruos tuos. V. Domine refugium factus es nobis : a generatione et progenie. Alleluya. V. Eripe me de inimicis meis deus meus:et ab insurgentibus in me libera me. Secundum matheum.

v. C. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis : quia nisi abundauerit iusticia vestra plusquam scribarum et phariseorum/non intrabitis in regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis:non occides. Qui autem occiderit:reus erit iudicio. Ego autem dico vobis : quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha : reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue:reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare/et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te:relinque ibi munus tuum ante altare/et vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens offeres munus tuum. Offer.

Perfice gressus meos in semitis tuis:ut non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam et exaudi verba mea:mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te domine. Secreta. P. xvi

Propitiare domine supplicationibus nostris:et has oblationes famulorum tuorum benignus assume: ut quod singuli obtulerunt ad honorem tui nominis:cunctis proficiat ad salutem. P.

Communio Circuibo et immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis:cantabo et psalmum dicam domino. Postcomio. Psal. xxvi.

Repleti sumus domine muneribus tuis:tribue quesumus/ut eorum et mundemur effectu et muniamur auxilio. Per.

Quos domine celesti dono satiasti:presta quesumus ut a nostris mundemur occultis:et ab hostium liberemur insidijs. Per dominum. ¶ Feria. iiij.

Lectio epistole beati iohannis apostoli.

I. h. v. Carissimi. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem: sed quasi scientibus eam:quoniam omne mendacium ex veritate non est. Quis est mendax:nisi is qui credit quoniam iesus non est xps? Hic est antichristus:qui negat patrem et filium. Omnis qui negat filium nec patrem habet. Qui autem confitetur filium:et patrem habet. Vos quod audistis ab initio:in vobis permaneat. Quod si in vobis permanserit quod audistis ab initio:et vos in filio et patre manebitis. Et hec est repromissio quam ipse pollicitus est nobis:vitam eternam.

Euangelium. Secundū Marcum.

x. C. IN illo tpe. Cum egressus esset iesus in via procurrens quidam genuflexo ante eū/iterrogabat eum: dicens. Magister bone: quid faciam: vt vitam eternam percipiam: Jesus autē dixit ei. Quid me dicis bonū? Nemo bonus nisi solus de9. Precepta nosti? Ille dixit. Que? Ne adulteres/ne occidas:ne furetis/ne falsum testimonium dixeris/ne fraudē feceris/honora patrē tuū et matrem. At ille respōdens:ait illi. Magister bone/hec oīa custodiui a iuuētute mea. Jesus autē intuitus eū/dilexit eū:& dixit ei. Unum tibi deest Uade & vende oīa quecūq habes et da pauperibus:et habebis thesaurū in celo:et veni sequere me. Dñica septima post trinitatem. Officium.

p.xlvi O Mnes gētes plaudite manibus:iubilate deo in voce exultationis. Ps. Subiecit populos nobis:et gētes sub pedibus nostris. Oratio.

DEus virtutū cuius est totū quod est optimum/insere pectoribus nr̄is amorē tui nominis:& presta in nobis religionis augmentum : vt que sunt bona nutrias : ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per dñm. Ad Romanos.

vi. D. FRatres. Humanum dico propter ifirmitatem carnis vr̄e. Sicut eni exhibuistis mēbra vestra seruire immunditie et iniquitati ad iniquitatem:ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Cū eni serui essetis peccati:liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructū habuistis tūc i illis i qb9 nūc erubescitis. Nā finis illorū mors est. Nunc vero liberati a pctō/serui autē facti deo:habetis fructū vestrū in sctificationē:finē vero vitā eternā. Stipendia enim pcti/mors:grā aūt dei vita eterna. Jn xp̄o iesu:dn̄o nr̄o. Gr. Uenite filij audite me timorem domini docebo vos. V. Accedite ad eum & illuminamini:et facies vestre non confundentur. All'a. V. Te decet hymn9 deus in sion/& tibi reddet votū in hierusalē. Scd̄m marcū.

IN illo tpe. Cum turba multa esset cū iesu nec haberent quod māducarēt cōuocatis discipulis ait illis. Misereor sup turbā quia ecce iam triduo sustinent me nec habent qd manducēt. Et si dimisero eos ieiunos in domū suā:deficient in via. Quidā em ex eis de longe venerunt. Et responderūt ei discipuli sui. Unde istos poterit qs hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis. Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe/discumbere super terram. Et accipiens septem panes gratias agens fregit et dabat discipulis suis vt apponerent. Et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos/et ipsos benedixit et iussit apponi. Et manducauerunt et saturati sūt. Et sustulerūt quod superauerat de fragmentis:septem sportas. Erant autem qui manducauerant quasi quatuor milia:et dimisit eos. Offr. Sicut in holocausto arietum et taurorum/& sicut in milibus agnorū pinguium:sic fiat sacrificium nostrum in cōspectu tuo hodie vt complaceat tibi/quia non est confusio confidētibus in te domine. Secreta.

viii.a (margin, beside "IN illo tpe. Cum turba multa")

Dan. iij. D (margin, beside "Offr. Sicut in holocausto")

PRopitiare domine supplicationibus nr̄is/et has oblationes populi tui benign9 assume:& vt nullius sit irritum votū/nulli9 vacua postulatio:presta qs vt quod fideliter petimus/efficaciter cōsequamur. Per do. Cōio. Jnclina aurem tuā accelera vt eruas me. Postcōio. p.xxx

REpleti dn̄e munerib9 tuis tribue qs vt et eorū mundemur effectu : et muniamur auxilio. Per.

¶ Feria. iiij. Ad romanos.

viii. a Fratres. Nichil nunc dãnatio
nis est his qui sunt in xpo ie
su:q nõ scdm carnem ambulãt. Lex
enim spũs vite i xpo iesu:liberauit
me a lege pcti & mortis. Nam qđ im
possibile erat legi: in quo infirma
batur p carnẽ:deus filiũ suũ mittẽs
in similitudinem carnis pcti. Et de
pctõ damnauit pctm in carne: vt iu
stificatio legis impleretur in nobis.
Qui nõ scdm carnẽ ambulam⁹:sed
scdm spiritũ. Qui eni scdm carnem
sunt:que carnis sunt sapiunt. Qui
vero secundum spm sũt:que sũt spũs
sentiunt. Nam prudentia carnis/
mors est. Prudẽtia autem spũs/vi
ta et pax. In xpo iesu:dño nostro.

Euangelium. Secundu m matheũ.

xii. A In illo tempore. Abiit iesus
sabbato per sata:discipuli aũt
eius esurientes ceperunt euellere
spicas/et manducare. Pharisei au
tem videntes/dixerunt ei. Ecce di
scipuli tui faciunt / quod non licet
eis facere sabbatis. At ille dixit eis.
Non legistis quid fecerit dauid quã
do esuriit:et qui cũ illo erant. Quo
modo intrauit in domum dei/& pa
nes propositionis comedit : quos
nõ licebat ei edere/neqȝ his qui cum
eo erant:nisi solis sacerdotibus. Aut
non legistis in lege:quia sabbatis
sacerdotes in templo sabbatum vio
lant:et sine crimine sunt? Dico autẽ
vobis : quia templo maior est hic.
Si autem sciretis qđ est/misam vo
lo et non sacrificiũ/nunqȝ cõdẽnas
setis innocentes. ¶ Dominica. viij.
post trinitatẽ. Ad missam. Officiũ.

Psal. xlvij. Suscepimus de⁹ misam tuã
in medio templi tui scdm
nomẽ tuũ deus ita et laus
tua in fines terre/iustitia
plena est dextera tua. ps. Magnus
dñs & laudabilis nimis/in ciuitate
dei nostri in mõte sctõ ei⁹. Oratio.

Deus cuius prudentia in sui
dispositione nõ fallit te sup
plices exoram⁹/vt noxia cuncta sub
moueas/et omnia nobis profutura
concedas. Per dñm. Ad romanos.

viii C Fratres. Debitores sum⁹ non
carni vt scdm carnẽ viuam⁹.
Si enim scdz carnẽ vixeritis morie
mini. Si aũt spiritu facta est carnis
mortificaueritis/viuetis. Quicunqȝ
enim spiritu dei agunt/hi sunt filij
dei. Non enim accepistis spm seruitu
tis iterũ i timore:sed accepistis spm
adoptiõis filiorz dei i quo clamam⁹
abba pater. Ipse eñ spũs : testimo
niũ reddit spũi nro qȝ sum⁹ filij dei.
Si autẽ filij & heredes. Heredes qdẽ
dei:coheredes aũt xpi. Gr. Esto mi p.xxx
chi in deũ protectorẽ/et in locũ refu
gii vt saluũ me facias. v. Deus i te
speraui dñe/nõ cõfundar in eternũ.
Alleluya. v. Attendite popule me⁹
legem meam. Secundum matheũ.

vii. C In illo tpe. Dixit iesus disci
pulis suis. Attendite a falsis
prophetis qui veniũt ad vos i vesti
mentis ouium : intrinsecus autem
sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ
cognoscetis eos. Nũquid colligunt
de spinis vuas : aut de tribulis fi
cus? Sic omnis arbor bona fructus
bonos facit. Mala autẽ arbor : fru
ctus malos facit. Non potest arbor
bona fructus malos facere:neqȝ ar
bor mala fructus bonos facere.
Õis arbor q̃ non facit fructũ bonũ
excidet:et in ignẽ mittet. Igitur ex
fructib⁹ eorz : cognoscetis eos. Non
õis qui dicit michi dñe dñe/intrabit
in regnũ celorũ:sed q̃ facit volunta
tẽ patris mei q̃ in celis est : ipse in
trabit in regnũ celorũ. Offn. Popu p.xvii
lum humilem saluum facies dñe:et
oculos superborum humiliabis/qm̃
quis deus preter te dñe? Secreta.

Deus qui legaliũ differẽtias
hostiarũ vnius sacrificij pfe

ctione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tibi famulis oblatum: et pari bñdictione sicut munera iusti abel sanctifica vt qd singuli obtulerũt ad maiestatis tue honorẽ/cũctis proficiat ad salutẽ. Per dñm. Cõio. Gustate et videte qm suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eo. Postcõio.

Tua nos domine medicinalis operatio: et a nostris peruersitatibus clementer expediat: et ad ea que recta sunt perducat. Per dñm.

¶ Feria quarta. Ad Romanos.

v. B. Fratres. Cõmẽdat deus charitatem suã in nobis. Qm si cũ adhuc peccatores essem⁹ scdm tps xps pro nobis mortu⁹ est: multo igit magis iustificati nũc in sãguine ei⁹: salui erim⁹ ab ira per ipsũ. Si eni cũ inimici essem⁹/recõciliati sum⁹ deo p mortẽ filii ei⁹ multo magis recõciliati salui erim⁹ i vita ipsi⁹. Nõ solũ aũt: sed et gl'iamur i deo. Per dñm nr̃m iesũ xpm. Euã. Scdm Marcũ.

ix. F. In illo tpe. Dixerunt discipuli ad iesũ. Magister/vidim⁹ quendam in nomine tuo eiicientem demonia: et prohibuimus eum/quia non sequitur nos. Jesus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est enim q̃ facit virtutem in nomine meo: et possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum vos: pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque frigide in nomine meo / quia xpi estis: amẽ dico vobis nõ perdet mercedẽ suã. Et quisqs scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circundaret mola asinaria collo eius: et in mare mitteretur. Et si scãdalizauerit te manus tua: abscide illam. Bonũ est tibi debilẽ itrare in regnũ dei: q̃ duas manus habẽtem ire in gehẽnẽ/in ignem inextinguibilem. Ubi vermis eorum nõ moritur: et ignis nõ extinguitur. Et si pes tu⁹ scandalizat te: amputa illum. Bonũ est tibi claudum introire in vitã eternã: q̃ duos pedes habentẽ mitti in gehennã ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorum nõ moritur: et ignis non extinguit. Quod si ocul⁹ tuus scandalizat te: erue eũ. Bonũ est tibi luscũ introire in regnum dei q̃ duos oculos habentem mitti in gehennã ignis. Ubi vermis eorum nõ morit: et ignis non extinguitur.

¶ Dñica.ix. post trinitatẽ. Officiũ.

Ecce deus adiuuat me: et dñs susceptor est anime mee: auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos protector me⁹ dñe. p. liii. Ps. Deus i nomine tuo saluum me fac et in virtute tua libera me. Oro.

Largire nobis quesumus dñe semper spiritum cogitandi q̃ recta sunt propici⁹ et agendi: vt qui sine te esse non possumus/secundũ te viuere valeamus. p. Ad corinth.

Fratres. Non simus concupiscentes malorũ: sicut et illi cõcupierũt. Neqz idolatre efficiamini: sicut qdã ex ipsis: queãdmodũ scriptũ est. Sedit pp̃ls mãducare et bibere: et surrexerũt ludere. Neqz fornicemur/sicut qdẽ ex ipis fornicati sũt: et ceciderũt vna die viginti tria milia. Neqz tentem⁹ xpm: sicut quidem eorũ tentauerũt et a serpẽtib⁹ perierũt. Neqz murmuraueritis/sicut q̃dã eorũ murmurauerũt: et perierunt ab exterminatore. Hec aũt oĩa i figura cõtingebãt illis. Scripta aũt sũt hec ad correptionem nostrã: in quos fines seculorũ deuenerũt. Itaqz q̃ se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos non apprehẽdat: nisi hũana. Fidelis aũt de⁹ est/q̃ nõ patiet vos tentari supra id qd potestis sed faciet cũ tentatione etiã prouentũ: vt possitis sustinere. Gr. Dñe domi

nus noster ꝙ admirabile est nomen tuũ in vniuersa terraẜ. Quoniam eleuata est magnificẽtia tua super celos. Alla. ẜ. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmum iocundũ est cithara. S. lucam.

vi. C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidam erat diues qui habebat villicum/et hic diffamatus est apud illum/quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum/et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue/iam enim nõ poteris villicare/Ait autẽ villicus intra se. Quid faciã/quia dñs meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo/mendicare erubesco. Scio quid faciam/vt cum amotus fuero a villicatione/recipiãt me i domos suas. Conuocatis itaqꝫ singulis debitoribus domini sui/dicebat primo. Quantũ debes dño meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitqꝫ illi. Accipe cautionem tuam et sede/cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quãtũ debes? Qui ait. Cẽtum choros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas. Et scribe octoginta. Et laudauit dñs villicũ iniquitatis: qꝫ prudenter fecisset: qꝫ filii huius seculi prudẽtiores filiis lucis in generatione sua sũt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Offer. Iustitie dñi recte letificantes corda: et dulciora sup mel et fauũ/nã ꝛ seruus tuus custodit ea. Secr.

Suscipe munera qs dñe q̃ tibi de tuã largitate deferimus: vt hec sacrosãcta mysteria (gratie tue operãte virtute) et presẽtis vite nos conuersatione sancti[fi]cent: ꝛ ad gaudia sempiterna perducant. p. Cõio.

Mat. vi. D Primũ querite regnũ dei: et omnia adiiciẽtur vobis dicit dñs. Postcõio.

Sit nobis domine qs reparatio mentis et corporis celeste mysteriũ: vt cuius exequimur actionem/sentiamus effectum. Per dominum. Feria. iiij. Ad romanos.

vi. C Fratres. Nescitis qm̃ cui exhibetis vos seruos ad obediendum: serui estis eius cui obedistis: Siue peccati ad mortem: siue obeditionis ad iustitiã. Gratias autẽ deo qꝫ fuistis serui pcti: obedistis autem ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis. Liberati autem a peccato: serui facti estis iustitie. In xpo iesu: dño nostro. Scdm lucam.

xvi. c In illo tẽpore. Dixit ies9 discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: et in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est: ꝛ i maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuistis: qd̃ verũ est: quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: qd̃ vestrum est quis dabit vobis? Nemo seruus potest dub9 dominis seruire. Aut eni vnũ odiet ꝛ alterum diliget: aut vni adherebit ꝛ alterũ contemnet. Non potestis deo seruire et mammone. Audiebant aũt hec omnia pharisei/qui erãt auari: et deridebãt illũ. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos corã hominib9: de9 autẽ nouit corda vestra. Qꝫ qd̃ hoib9 altũ est: abominatio est ãte deũ. Dñica. x. post trinitatẽ. Ad missam. Officiũ.

p̃. liiij Cum clamarem ad dñm exaudiuit vocem meã ab his qui appropinquant michi: et humiliauit eos qui est ante secula ꝛ manet ĩ eternũ: iacta cogitatũ tuũ in dño et ipse te enutriet. ps. Exaudi deus oratione meã/et ne despexeris depcationem meã: intẽde michi et exaudi me. Or.

Pateant aures mie tue domine precibus supplicãtiũ: et vt petentibus desiderata cõcedas: fac

eos que tibi placita sunt postulare. Per dñm nostrum. Ad corinthios.

i.xii. A F Ratres. Scitis qm cum gentes essetis: ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio q nemo i spiritu dei loquens/dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus: nisi in spũ sctõ. Diuisiones vo gratiarũ sũt: idem aũt spũs. Et diuisiones ministrationũ sunt: idẽ aũt dñs. Et diuisiones operationum sũt: idẽ vo deus q opat oia in oib9. Unicuiq autem datur manifestatio spũs: ad vtilitatẽ. Alij qdẽ per spm datur sermo sapientie: alij autem sermo scientie secundũ eundẽ spiritũ. Alteri fides in eodem spũ: alij gratia sanitatum in vno spũ. Alij operatio virtutũ / alij prophetia / alij discretio spirituum alij genera linguarũ/alij interpretatio sermonũ. Hec autẽ oia operatur vnus atq idem spũs: diuidens singulis prout vult. Gr. Custodi me domine vt pupillã oculi: sub vmbra alarum tuarũ ptege me. V. De vultu tuo iudiciũ meum prodeat: oculi tui videãt equitatem. Alla. V. Dñe deus salutis mee: in die clamaui et nocte corã te. Secundum lucam.

xix. B I N illo tpe Cũ appropinquasset ies9 hierlm: videns ciuitatẽ fleuit sup illã dicẽs. Q2 si cognouisses: & tu. Et qdẽ in hac die tua/ q ad pacem tibi: nũc aũt abscõdita sũt ab oclis tuis. Q2 ecce venient dies in te: et circũdabũt te inimici tui vallo. Et circũdabũt te et coangustabunt te vndiq/ & ad terram prosternent te: et filios tuos qui in te sunt. Et nõ relinquẽt in te lapidem super lapidẽ: eo q non cognoueris tps visitationis tue. Et ingressus in templũ cepit eiicere vendentes in illo & ementes dicẽs illis. Scriptũ est/ q2 dom9 mea domus orõnis est. Uos autem fecistis illã: speluncã latronum. Et erat docens quotidie in tẽplo. Offr. Ad te domine leuaui aĩam meã de9 meus in te confido non erubescam/ neq irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

C Oncede nobis hec qs domine digne frequentare mysteria qa quotiens hui9 hostie commemoratio celebrat: op9 nr̃e redẽptionis exercet. p.do. Cõio. Acceptabis sacrificium iustitie oblationes & holocausta sup altare tuũ dñe. Postcõ.

T Ui nobis domine cõmunio sacramenti / et purificationem conferat: et tribuat vnitatem. Per dñm. ¶ Feria iiii. Ad corinthios.

F Ratres. Non omnis caro/eadem caro: sed alia hoim/alia pecorũ alia volucrum/alia autẽ piscium. Et corpa celestia: & corpora terrestria. Sed alia quidẽ celestiũ gl'ia alia autem terrestrium. Alia claritas solis alia claritas lune: & alia claritas stellarũ. Stella autem a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorũ. Seminat i corruptione surget in corruptiõe. Seminatur in ignobilitate: surget i gl'ia. Seminatur in infirmitate: surget in virtute Seminatur corp9 aiale: surget corp9 spiritale. Si est corp9 aiale est et spiritale sicut scriptum est. Factus est prim9 hõ adã in aiam viuentem nouissimus adã in spm viuificãtẽ. Sed nõ pri9 qđ spiritale est sed qđ aiale/deinde quod spiritale. In xpo iesu: dño nr̃o. Euãg. Scdm lucam. i.xv. E

I N illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attẽdite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula et ebrietate/ & curis huius vite: et superueni at in vos repentina dies illa. Tanq laqueus eni superueniet: in oẽs q sedent sup faciẽ ois terre. Uigilate itaq orantes oi tpe: vt digni habeamini fugere ista oia que xxi. F

futura sūt: & stare ante filium hoīs.
¶ Dñica.xi. post trinitatem. Offm̄

Psal. lxvii. Deus i loco scō suo deꝰ q̄ ihabitare facit vnanimes in domo ipse dabit virtutē & fortitudinē plebi sue ꝑ Exurgat deꝰ & dissipēt inimici eiꝰ/ & fugiāt q̄ oderūt eū a facie eiꝰ. Or.

Deus q̄ oipotentiā tuam parcendo maxime miserando manifestas/multiplica super nos gratiam tuam/vt ad tua ꝓmissa currētes: celestium bonorum facias esse consortes. Per dn̄m. Ad corinthios.

xv. A. Fratres. Notum vobis facio euangelium qđ predicaui vobis/qđ & accepistis/in quo et statis ꝑ qđ & saluamini. Qua ratione p̄dicauerim vobis si tenetis / nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis i primis qđ & accepi: qm̄ xp̄s iesus mortuꝰ est ꝓ pctis nr̄is secūdū scripturas. Et q2 sepultꝰ est & q2 resurrexit tertia die scđm scripturas. Et q2 visꝰ est cephe: & post hec vndeci. Deide visꝰ est plusq̄ qngētis frībꝰ simul: ex quibꝰ multi manēt vsq3 ad huc/quidam aūt dormierūt. Deinde visus est iacobo deinde ap̄lis oibꝰ. Nouissime autē omniū tanq̄ abortiuo: visꝰ est & michi. Ego em̄ sum minimꝰ ap̄loꝝ q̄ non sū dignus vocari ap̄ls: qm̄ persecutꝰ sū ecclesiā dei Gr̄a aūt dei sū id qđ sū: & gr̄a eius in me vacua non fuit. Gr. In deo sperauit cor meū & adiutꝰ sum: & refloruit caro mea: et ex voluntate mea cōfitebor illi. ℣ Ad te dn̄e clamabo deꝰ meus ne sileas nc discedas a me ℟ Alla. ℣ Dn̄e refugiū factus es nobis a gn̄atione & ꝓgenie. S. lucam.

xviii B In illo tēpore. Dixit iesus ad quosdā q̄ i se cōfidebant tanq̄ iusti/& aspnabantur: ceteros parabolā istā dicēs Duo hoies ascēderūt i tēplū vt orarēt: vnus phariseꝰ & alter publicanꝰ. Phariseus aūt stans: hec apđ se orabat. Deꝰ gr̄as ago tibi q2 nō sū sicut ceteri hoim raptores/iniusti/adulteri/velut etiam hic publicanꝰ. Ieiuno bis in sabbato decimas do oim̄ q̄ possideo. Et publicanꝰ a lōge stans: nolebat nec ad celū oclos leuare/sed ꝑcutiebat pectꝰ suū dicēs. Deꝰ ꝓpicius esto michi peccatori. Amē dico vobis: descendit hic iustificatꝰ in domū suā ab illo. Q2 ois q̄ se exaltat humiliabitur: & q̄ se humiliat exaltabitur. Offert.

Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me dn̄e clamaui ad te & sanasti me. Sec.

Tibi domine sacrificia dicata reddantur q̄ sic ad honorem nois tui deferenda tribuisti/vt eadē remedia nostra fieri p̄stares. Coio.

Honora dn̄m de tua substātia et de primitiis frugum tuarū: vt impleātur horrea tua saturitate; et vino torcularia redundabunt. Postcōio.

Quesumus dn̄e deus noster/ quos diuinis reparare non desinis sacramentis/tuis non destituas benignus auxiliis. Per dn̄m.
¶ Feria quarta. Ad corinthios.

Fr̄es. Nescitis qm̄ corpa vr̄a mēbra sunt xp̄i. Tollēs ergo mēbra xp̄i faciā mēbra meretricis. Absit. An nescitis qm̄ qui adheret meretrici: vnū corpus efficitᵘ/erunt eni inqt duo i carne vna. Qui autē adheret deo: vnꝰ spiritus est. Fugite fornicationem. Oē em̄ peccatū quod cūq3 fecerit hō: extra corpus est. Qui aūt fornicatur/i corpus suū peccat. An nescitis qm̄ membra vr̄a tēplū sūt sp̄ussācti q̄ in vobis est/quē habetis a deo/et non estis vr̄iᵓ Empti em̄ estis precio magno. Glorificate et portate deū in corpe vr̄o. S. lucam. — i. vi. d

In il t. Dicebat iesus di. s. parabolam hanc. Qm̄ oportet semp orare et nō deficere/dicens. Iudex qdē erat in quadā ciuitate/q̄ deū nō — xviii. A

timebat/ et hoīem nō reuerebat. Ui dua autē q̄dā erat i ciuitate illa/ et ve niebat ad eū dicens. Uindica me de aduersario meo/ et nolebat p multū tp̄s. Post hec autē dixit intra se. Et si deū nō timeo: nec hoīem revereor: ta men q2 molesta est michi hec vidua/ vindicabo illā ne i nouissimo veniēs suggillet me. Ait autem dn̄s. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autē nō faciet vindictā electorū suorū cla mantiū ad se die ac nocte/ et patien tiā habebit in illis? Dico autem vo bis/ quia cito faciet vindictā illorū.

Dn̄ica. xii. post trinitatē. Offm.

p.lxix Deus i adiutoriū meū itēde: dn̄e ad adiuuādū me festi na/ cōfūdant et reuereant inimici mei q̄ q̄runt aīam meā. Ps. Auertant retrorsū et erube scant qui volunt michi mala. Or.

Omnipotens sempiterne deus/ q̄ abun dantia pietatis tue et merita supplicum excedis et vota/ effunde super nos m̄iam tuā/ vt dimittas q̄ cōsciētia metuit/ et adiicias quod orō nō presumit. Per. Ad corinthios.

ii. iii. B Fratres. Fiduciā talē habemus p xp̄m ad deū/ nō q2 sufficien tes simus cogitare aliq̄d a nobis qua si ex nobis/ sed sufficiētia n̄ra ex deo est. Qui et idoneos nos fecit mini nistros noui testamēti: nō litera/ sed sp̄ū. Litera eni occidit/ sp̄us autē vi uificat. Quod si ministratio mortis li teris deformata i lapidibus fuit in gloria/ ita vt non possent intendere filii israel in faciē moysi / propter gloriā vultus eius q̄ euacuatur/ quō nō magis ministratio sp̄ūs erit in gloria? Nā si ministratio damnatio nis in gl̄ia est/ multo magis abūdat ministeriū iustitie in gl̄ia. Gr. Bñ dicā dn̄m in oī tp̄e/ semp laus eius in ore meo. V. In dn̄o laudabitur aīa mea/ audiant mansueti et letētur Alla. V. Uenite exultemus dn̄o/ iubilemus deo salutari n̄ro. Alius V. Preoccupemus faciē eius i cōfessiōe/ et in psalmis iubilemus ei. Isti duo V. dn̄ic p hebd. alt'nis vicibus oī de fer. agit ita eū q2 V. Preoccupemus. prius dicit/ quādo nulla dn̄icat. per hebd. dicit. Et si nulla fer. per hanc hebd. ad hoc vacauerit tunc vlt. V. eo anno dn̄o p̄ceē trinitat. S. ~~Lucam~~ Marc. vii. D

In illo tp̄e. Exiens iesus de fi nibus tyri/ venit per sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdum et mutū: et dep̄cabantur eū/ vt impo nat illi manū. Et apprehendens eū de turba seorsū/ misit digitos suos in auriculas eius: et expuens tetigit linguā eius. Et suspiciens i celum: ingemuit et ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim aperte sunt au res eius: et solutū est vinculū lingue eius/ et loq̄batur recte. Et precepit il lis: ne cui dicerēt. Quāto autem eis magis precipiebat: tāto plus predi cabāt: et eo amplius admirabant/ di centes. Bene omnia fecit: et surdos fecit audire/ et mutos loqui. Offm.

Precatus est moyses in cōspectu dn̄i dei sui et dixit: precatus est moyses in conspectu dn̄i dei sui et dixit. quare dn̄e irasceris i pp̄lo tuo? parce ire aīe tue: memēto abrahā isaac et iacob/ q̄ bus iurasti dare terrā fluētē lac et mel et placatus factus est dn̄s de malignita te quā dixit facere pp̄lo suo. Secr. exodi. xxxii. C

Respice q̄s dn̄e n̄ram propitius seruitutē: vt qđ offerimus sit ti bi munus acceptum/ sitq3 n̄re fragi litati subsidium. Per dn̄m. Cōio.

De fructu operum tuorū dn̄e satia bitur terra vt educas panem de ter ra/ et vinum letificet cor hominis vt exhilaret faciem in oleo/ et panis cor hominis confirmet. Postcōio.

Sentiamus dn̄e q̄s tui perce ptione sacramenti subsidium mētis et corporis vt in vtroq3 salua

ti celestis remedij plenitudine glo
riemur. Per. Fer.iiij. Ad corinthios.
ii.iiii. B Fratres. Nō nosmetipsos pre
dicamus: sed dñm nostrum ie
sum xp̄m. Nos autem seruos vros
per iesum. Quā deus q̄ dixit de tene
bris lucem splēdescere: illuxit in cor
dibus nr̄is ad illuminationē scien
tie claritatis dei/in faciem xp̄i iesu.
Habemus aūt thesaurū istū i vasis
fictilibus: vt sublimitas sit virtu
tis dei/nō ex nobis. In oībus tribu
lationem patimur/sed nō angustia
mur. Aporiamur/sed non destitui
mur. Persecutionem patimur/sed
non derelinquimur. Humiliamur/
sed nō cōfundimur. Deiicimur/sed
non perim9. Semp mortificationē
iesu xp̄i in corpore nr̄o circunferen
tes/vt et vita iesu in corporib9 no
stris manifestetur. Scdm matheū.
xi. C. In illo tēpore. Cepit iesus ex
probrare ciuitatibus in quib9
facte sunt plurime virtutes eius/q2
nō egissēt penitentiā. Ve tibi coro
zaim / ve tibi bethsaida. Quia si in
tyro et sidone facte essent virtutes
que facte sunt in vobis: olim in ci
nere et cilicio penitentiam egissent.
Veruntamē dico vobis: tyro et sido
ni remissius erit i die iudicij/q̄ vo
bis. Et tu capharnaum: nūqd vsq3
in celū exaltaberis? Usq3 in infernū
descēdens. Quia si i sodomis facte
fuissent virtutes q̄ facte sunt in te:
forte mansissent vsq3 i hunc diē. Ve
rūtū dico vobis: q2 terre sodomorū
remissius erit in die iudicij q̄ tibi.
¶ Dñica. xiij. post trinitatē. Offm
Psal. lxxiii. Respice dn̄e in testamen
tum tuū: et animas pau
perū tuor ne derelinquas
i finē: exurge dn̄e iudica
causam tuam: et ne obliuiscaris vo
ces querentium te. P̄s. Ut quid deus
repulisti in finem: iratus est furor
tuus super oues pascue tue. Oro.

Omnipotens et misericors deus/de
cuius munere venit vt tibi a
fidelibus tuis digne et laudabiliter
seruiat: tribue nobis q̄s/vt ad pro
missiones tuas sine offensione cur
ramus. Per dñm. Ad Galathas.
Fratres. Abrahe dicte sūt pro iii. C.
missiones: et semini eius. Nō
dicit et seminib9 quasi i multis: sed
quasi i vno et semini tuo/q̄ est xp̄s.
Hoc aūt dico testamētū cōfirmatū a
deo: q̄ post quadringentos et triginta
annos facta est lex/nō irritum facit
ad euacuādam promissionem. Nam
si ex lege esset hereditas: iam non ex
repromissione. Abrahe autē p repro
missionē donauit de9. Quid igit lex?
Dulce nomen iesu christi: felix nomen ferens tristi: iocundans mentem iubilo. V. Tollit luctum affert fructum: et obductum et seductum purgat cor nubilo. V. Noiatum invocatum / honoratum predicatum / semper sonat dulciter. V. Cor peccati quod reatum: condonatum expurgatum / reddit mulcens leniter. V. Hostes terit / mores serit: mala terit / graves gerit / plenum est presidium. V. Nos defendit nos accendit: nos intendit et extendit / hoc nomen in gaudium. Sequentia.

Dulcis iesus nazarenus / iudeorum rex amenus pius pulcher floribus. Pro salute sue gentis subit mortem cum tormentis: factus

pallens liuidus. Dulce nomē ⁊ cognomē/hoc trāscendēs est pnomē: oib9 noib9. Mulcet reos sanat eos/ fouet iustos munit eos: seruans ab insultib9. Huius regis sub vexillo: stare degis in trāquillo/hostes tui fugiunt. Nomē ei9 medicatū/belli fugat apparatū: hostes victi rugiūt Hoc est nomē recolēdū/qđ sic semp est tremendū: malignis spiritibus. Hoc nomē salutare/⁊ solamen singulare: qđ succurrit tristibus. Hoc nos decet honorare/arca cordis inserare: cogitare/pamare/amore: sed heroico. Ignatius hoc docuit/illud passus insonnie cor ei9 scissum pacuit/iscriptum iesu celico. Et quid maior a cupim9/ꝙ qđ iesus sit intimus/q̄ est preamātissim9/⁊ querit nos amare. Amat feruentissime/amat cōstātissime: amat fidelissime/ et suos vult iuuare. Nomen suū fecit tale/vt sit cūctis cordiale: capitale principale/dilectū ex intimis. Habere hoc nature iura/vt amātē tota cura teramemus: placitura prestātes ex animis. Jesu nomē omne bonū tenet dulcē facit sonū: promerens regni thronū/audientum letificat. In hoc lucet splēdor patris/in hoc paret decor matris/in hoc fulget honor fratris: hoc fratres magnificat. Caput iesus cor mens manus/ vulnus liuor sanguis planus/pedes corp9 vigor san9: parant homnib9. Hec torquētur passa dura: his lesura ⁊ natura/reparātur pia cura purgatis criminibus. Ergo si quis velit scire/quare iesu nomen mire/ facit bonos cōcupire/sui ihereditā. Diuisio. Jesus pulcher in decore/ summe bon9 in valore: mitis lenis cū dulcore/pn9 ad clemētiā. Jesus est rex generosus/iesus forma speciosus/iesus lingua g'iosus/⁊ mirādus opere. Jesus fortis animosus/iesus pugil vigorosus; iesus donis copiosus/⁊ gaudet tribuere. Jesus pie viscerosus/iesus dulcor luminosus/iesus est deliciosus/et sapit dulcissime. Jesus fama gloriosus/iesus cunctis fructuosus/ iesus totus virtuosus/fouet suos optime. Summus potēs i vigore/ summus celsus in honore/sūmus gratus in amore: omnē laudē obtinet. In sciēdo summe sapit/ambiēdo cūcta capit: diligēdo corda capit et illata detinet. Eya nobis nomen gratū iesus dulcis appellatū: sit in corde sic firmatū/vt nō possit erui. Hoc reatū pctōrū tollat/prestet iubilorū odas/sede beatorū donet nobis perfrui. Amē. Scđm Matheū. j. C.

In illo tempore. Angelus dñi apparuit in somnis ioseph: dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariā coniugem tuam. Quod em̄ in ea natū est: de spiritu sancto est. Pariet autē filiū: ⁊ vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populū suū: a peccatis eorū. Hoc autē totum factū est: vt adimpleretur qđ dictū est a dño/ per prophetā dicentem. Ecce virgo concipiet in vtero et pariet filiū: et vocabitur nomen eius emanuel. Quod interpretatur nobiscū deus. Credo. in die tantū. Offr. In noie meo demonia eiicient/linguis loquentur nouis/serpentes tollent: et si mortiferū quid biberint non eis nocebit/super egros man9 iponent et bene habebunt a'sa. Mar. xvi. D Secreta.

In veneratione nois dilectissimi filij tui dñi nostri iesu xpi tibi de9 pr̄ miarū deuotis mētibus hostias immolamus suppliciter deprecantes: vt earū virtute cunctis egētib9 pstetur auxiliū: vt in eodē noie delectātes salutarē sui ppositi cōsequātur effectū. Per eūd. Prefa. Quia p incarnati. per totū annū. Cōio. Vincenti dabo māna abscon- Apo. ij. C

dicit: et dabo illi calculum candidum/ et i calculo nomen nouum scriptum/ qd' nemo scit nisi q accepit. Alla. Postco.

Sacro sacta misteria sūpsimus domine ad honorē et cōplacentissimi nois filij tui dni nostri iesu xpi deuotis precordiis recolētes/ qs vt incremēta spūalis exultationis nobis accumulēt: et affectū nrm ad hoc salutiferū nomē iesu iugiter exprimēdū accendāt/ et ad iubilādū in iesu saluatore nostro dulcissimo/ tota mentis intentione promoueāt. Per eūd.

¶ Per totam oct. dicat missa predicta qn de octa. agit: sed sine Credo. et cum sequentia. Iesus pulcher in decore. vt supra in diuisione.

¶ Sancti donati epi et mar. Offm.

dan. iij. F. Sacerdotes dei benedicite dominū: sācti et humiles corde laudate deum. ps. Ibid Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Deus qui es tuorū gloria sacerdotū: presta qs vt sancti donati martyris tuis atqz pōtificis cuius festa celebramus/ sentiamus auxiliū. P. Epla Nemo milit. in cōi. so. iui. Gr. Inueni dauid seruum meū oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. V. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nō nocebit eum. Alla. V. Disposui testamentū meum electis meis: iuraui dauid seruo meo. Euāg. Vigilate qz nesci. i cōi so. vi.

ps. xx Offm. In virtute tua dne letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Exaudi dne preces nrās: et vt tibi digna sint munera que oculis tue maiestatis offerimus: intercedēte beō donato martyre tuo atqz pontifice subsidium nobis tue pietatis impende. Per d. Coio. Magna Psal. xx. est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcōmunio.

Deuotioni nostre dne qs clementer adesto: vt intercedēte beō donato martyre tuo atqz pontifice: qd' ad honorē tui nois debito frequētamus obsequio fiat nobis remedium salutare. Per dnm.

Scti ciriaci sociorumqz ei9 mar. Offi.

Psal. xxxiij. Timete dominū omnes sācti eius: qm nichil deest timentibus eum/ diuites eguerūt et esurierūt: inquirentes autē dnm nō deficient oī bono. V. Benedicā dnm in oi tempore semper laus ei9 in ore meo. Orō.

Deus q nos annua beatorū martyrū tuorum cyriaci sociorūqz ei9 solēnitate letificas: concede ppicius vt quorū natalicia colimus virtutē quoqz passionis imitemur. Per dominū. Lectio libri sapiētie.

Eccl. ij. B Metuentes dnm sustinete misericordias ei9: et non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dnm credite illi: et non euacuabitur merces vestra. Qui timetis dominū sperate in illū: et in oblectatione eius veniet vobis mīa. Qui timetis dnm diligite illum: et illuminabūtur corda vrā Respicite filij nationes hoim: et scitote qz nullus sperauit in dno/ et cōfusus est. Quis enī pmāsit in mādatis eius: et derelict9 est? Aut quis inuocauit illū: et despexit eū? Dn̄s pius et misericors est: dn̄s deus noster. Grad. Timete dominū oēs sancti eius qm nichil deest timentibus eū. V9. Inquirentes autem dnm non deficiēt oi bono. Alla. V9 Mirabilis dn̄s noster in sctis suis. Scdm marcū.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Euntes in mundū vniuersū: predicate euangelium oi

creature. Qui crediderit et bapti-
zatus fuerit: saluus erit. Qui vo non
crediderit/condemnabitur. Signa aute
eos qui crediderint, hec sequentur.
In noie meo demonia eiicient: lin-
guis loquentur nouis/serpentes tol-
lent. Et si mortiferum quid biberint:
non eis nocebit. Sup egros manus
imponent: et bene habebunt. Offer.
Psal. xxxi. Letamini in dno et exultate iusti: et
gloriamini oes recti corde. Secreta.
Pro sanctorum tuorum cyriaci so-
ciorumque eius martyrio vene-
rando tibi dne laudis hostias immo-
lamus / tua mirabilia pertractan-
tes: per que talis est perfecta victo-
Mar. xvi. d ria. Per. Com. Signa eos qui i me
credent hec sequentur: demonia ei-
cient/super egros manus imponent
et bene habebunt. Postcommunio.
Sanctorum martyrum tuorum cy-
riaci sociorumque eius precibus
confidentes: qs dne vt p ea q sum-
psimus/eterna remedia capiamus.
Per dnm. Cum vigi. scti laurentij
extra dnica euenit. tunc dicat missa
de oct. nois iesu post tertia cum me.
de scto romano. et post sexta dicat
missa de vigil. vtraque ad principa-
le altare. Cum vigil. scti laurentij in
do. euenit tunc dicat missa de vigil.
in capitu: cum meo. de sancto roma. Et
in summa missa de oct. nois iesu fiat
meoria de dnica et de trinitate: et ni
chil de sancto romano. et tunc in fe
ria. iij. prima sequente dicat missa
dnicalis in capitulo. In vigilia
sancti laurentij martyris. Officium.
p. cxi. Dispersit dedit pauperibus
iustitia eius manet in se-
culum seculi: cornu eius
exaltabitur i gloria. Ps. Bea
tus vir qui timet dominum: in mada
tis eius volet nimis. Oratio.
Da qs ops deus/ vt triumphum
beati laurentij martyris cui
que despectis ignibus consumauit in
terris/ppetua celorum luce conspicuum
digno fidei feruore veneremur. Per.
Meo. de scto romano mart. Or.
Presta qs omps deus: vt qui
beati romani martyris tui na-
talitia colimus/intercessione eius
in tui nominis amore roboremur.
Per dnm. Lectio libri sapientie.
Eccl. vlt. a. Confitebor tibi dne rex: et col
laudabo te deum saluatorem
meum. Confitebor noi tuo qm adiutor
et protector factus es michi: et liberasti
corpus meum a pditione. A laqueo lin-
gue inique: et a labijs operantium men-
dacium. Et in conspectu astantium factus
est michi adiutor: et liberasti me se-
cundum multitudinem mie nois tui.
A rugientibus pparatis ad escam de
manibus querentium animam meam/ et de
multis tribulationibus q circumdede-
runt me. A pressura flamme q circu-
dedit me: et in medio ignis non sum
estuatus. De altitudine ventris inferi:
et a lingua coinquinata et a verbo
mendacij. A rege iniquo: et a lingua in
iusta. Laudabit vsque ad mortem aia
mea dnm: et vita mea appropinquans
erat in inferno deorsum. Circumdede-
runt me vndique: et non erat q adiuua-
ret. Respiciens eram ad adiutorium
hominum: et non erat. Memoratus sum
mie tue dne: et cooperationis tue:
que a seculo sunt. Quoniam eruis su-
stinentes te/et liberas eos de manu
angustie: dne deus meus. Gradale.
p. cxi. Dispersit dedit pauperibus: iustitia
eius manet in seculum seculi. V. Po-
tens in terra erit semen eius: gene-
ratio rectorum benedicetur. Si dnica
fuerit dicit Alla. V. Leuita laure-
Eccl. xxx. tius bonum opus operatus est qui per
signum crucis cecos illuminauit: et
thesauros ecclesie dedit pauperibus.
Eua. Si qs vult post me. in com. fo.
v. Offer. Oratio mea munda est: et
ideo peto vt detur locus voci mee
in celo: quia ibi est iudex meus et con-

scius meus: in eternum ascendat ad dominū deprecatio mea. Secreta.

Tanto placabiles tibi dñe q̄s nr̄e sint hostie: quāto sancti martyris tui laurētij: p cui⁹ solēnitate exhibent tibi grata sūt merita. Per d. Alia secreta de scō romano.

Muneribus nr̄is q̄s dñe pcibus q̄s susceptis: et celestibus nos mūda mysterijs: et itercedēte btō romano martyre tuo/clementer exaudi. Per dñz. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsū: et tollat crucē suā et sequatur me. Postcōio.

Mat. xvj.

Conserua q̄s dñe mun⁹ tuū i nobis: vt qđ te donāte p btī laurētij martyris tui solēnitate pcepim⁹: et salutē nobis operet et pacē. Per. Postcōio de scō romano.

Da quesum⁹ dñe deus noster vt sicut beati romani martyris tui tēporali gratulamur officio: ita ppetuo letemur aspectu. Per d.

In die scī laurētij mart. Offīn.

Psal. xcv.

Confessio et pulchritudo in conspectu ei⁹: sanctitas et magnificētia i sanctificatione ei⁹. Ps. Cantate dño canticū nouū: cantate dño omnis terra. Oro.

Da nobis q̄s omps de⁹ vitiorum nostrorum flāmas extinguere/q̄ beato laurētio tribuisti tormētorum suorū incendia superare. P. Mēo. de noīe Jesu. Epsa. Ad corin.

if. c. ix B.

Fratres. Qui parce seminat: parce et metet. Et q̄ seminat in benedictionib⁹: de bñdictionib⁹ et metet. Unusquisq̄ prout destinauit in corde suo: nō ex tristicia aut necessitate. Hilarē enī datorē diligit de⁹. Potens est autē de⁹ oēm gratiā abūdare facere in vobis: vt in oīb⁹ semper oēm sufficientiā habentes: abūdetis in oīe op⁹ bonū sicut scriptū est. Dispersit dedit pauperib⁹: iusticia eius manet in seculū seculi. Qui autē administrat semen seminātī: et panē ad mādūcādū pstabit. Et multiplicabit semē vestrū: et augebit incrementa frugū iustitie vestre. Gr. Probasti dñe cor meum: et visitasti nocte. V. Igne me examinasti: et non est inuēta in me iniquitas. Alla. V. Leuita laurentius bonum op⁹ operatus est: qui per signum crucis cecos illuminauit. Sequentia.

P. xvi

Ecclesia.

Stola iocunditatis alleluya. Induit hodie dñs militē suū laurentiū. Sotio plaudat alacrius cōcio leta fideliū. Hodie martyr in signis hostiā deo placentē obtulit. Hodie tormētū ignis grauiter examinat⁹ pertulit. Animat⁹ ad certamen monitu beati senis. Grauissimis nō refugit exhibere mēbra penis. Ante regem accersitur: et de rebus conuenit occultis ecclesie. Sed non cedit blandemētis: emollit aut tormētis ei⁹ malitie. Luditur valerian⁹: et leuite larga man⁹: dū petit inducias. Dat minister charitatis: pauperib⁹ cōgregatis: facultatū copias. Furit igitur prefectus: et paratur ardēs lect⁹. Insultātis viscera cretes vrit aspera. Sudat martyr in agone: spe mercedis et corone. Qui datur fidelib⁹/pro xp̄o certātibus. De cui⁹ militia: celi gaudet curia. Quia vicit hodie ministros nequitie. Te hunc ergo per patronum consequamur vite donū. In illius die festo: chorus noster letus esto. Iocūdū in ecclesia: decantans all'a. Euange. Nisi granū in cōi. fo. lix. Offr. Cōfessio et pulchritudo in cōspectu eius: sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Secreta.

Ut tuis dñe mysterijs digni reddamur illa q̄s virtus nos illuminet semper et foueat: q̄ in beati laurētij martyris tui corde flammā tue cōfessionis accēdit. Per⁹ xp̄s filiū tuū dñm nostrū. Qui tecū. Cōio

Qui michi ministrat me sequatur: et vbi ego sum/illic et minister meus erit. Postc.

Sacro munere saciati suppli: ces te domine deprecamur vt quod debite seruitutis celebramus officio intercedente beato laurentio martyre tuo saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominum.

¶ Sancti tyburtii martyris. Officium.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani mul: tiplicabitur plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. Ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Oratio.

Beati tyburtii martyris tui nos domine foueant continuata presidia: quia non desinis propitius intueri/ quos talibus auxiliis concesseris adiuuari. Per dominum. ¶ Memoria de sancto laurentio. Epistola. Doctrinis variis. in communi. fo. vij. Gr. Iustus non conturbabitur: quia dominus firmat manum eius. V. Tota die miseretur et commodat/ et semen eius in benedictione erit. Alleluia. V. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. Euangelium. Si quis vult. in communi. fo. v. Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petiit et tribuisti ei alleluya. Secreta.

Grata tibi sint domine hec sacrificia/que in sancti tyburtii martyris tui passione deferuntur: cuius intercessione (quesumus) salutaria nobis efficiantur. Per. Communio. Qui vult venire post me/abneget semetipsum et tollat crucem suam/et sequatur me. Postc.

Quesumus omnipotens deus: vt interueniente beato tyburtio martyre tuo: et tua in nobis dona multiplices/et misericorditer largita conserues. Per. ¶ Sancti hippolyti sociorumque eius martyrum. Officium.

Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus vt beati hippolyti martyris tui sociorumque eius veneranda solennitas/et deuotionem nobis augeat et salutem. Per.

¶ Memo. de nomine iesu et de sancto lauren.

Epistola. Iusti autem in perpetuum. in communi. fo. vj. Gr. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie. V. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia. V. Sancti et iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. Si dominica fuerit dr sequentia de communi pluri morum martyrum fo. vj. Euangelium. Attendite a fer. in communi. fo. viij. Offertorium. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta.

Respice quesumus domine munera populi tui/in sanctorum martyrum tuorum hippolyti sociorumque eius honore oblata: et testificatio tue veritatis nobis proficiat ad salutem. Per. Communio. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his qui vos persequuntur. Postcommunio.

Quos tuis domine reficis sacramentis/sanctorum martyrum tuorum hippoliti sociorumque eius attolle benignus suffragiis: vt nostre redemptionis effectum/et mysteriis capiamus et moribus. Per dominum. ¶ Quando vigilia assumptionis beate marie extra dominicam euenerit. tunc dicatur missa de oct. nominis iesu post tertiam: cum memoriis de sanctis eusebio et lauren. et post sextam dicatur missa de vigil. vtraque ad principale altare. Quando vigilia assumptionis beate marie in dominica euenerit. tunc dicatur missa de vigi. in capitulo cum memoriis de sanctis eusebio et laurentio: et in summa missa de octa. nominis iesu fiat memo. de dominica et de trinitate. et nichil de sanctis eusebio et laurentio: et tunc in tertia feria proxima sequente dicatur missa dominicalis in capitulo.

Ps. xci. Sap. iij. A. Eccl. Psal. xxxvi. Ps. xx. ibidem. Mat. xvi. D Psal. lxvii. Psal. cxxiij. Luce. xij. A

Sedu lius.

¶ In vigil. assump. Officium. Salue sancta parēs enixa puerpera regē: qui celū terraq̄ regit i secula seculorū. V. Benedicta tu in mulierib9: et bñdict9 fructus vētris tui. In hac vigi. non repetat officiū post psalmum: sed post Gloria pri. et Sicut erat. tm̄. Ad hanc missā de vigil. dr cātus ferialis sup Kyrie eleison. Gloria in excel. Sanctus. et Agnus. nisi dñica fuerit: tūc enim dicitur cantus sup Kyrie eleison. Gloria in excelsis. Sanctus. et Agnus. et Ite missa est. sicut in festo triū lectionum sine regimine chori: et dicitur missa in capitulo. Oro.

Deus qui virginalem aulam beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da quesumus vt sua nos defensione munitos / iocundos faciat sue interesse festiuitati. Qui viuis et regnas deus.

¶ Memoria de sancto eusebio. Or.

Deus qui nos beati eusebij cōfessoris tui annua solennitate letificas; concede propitius vt cuius natalitia colimus / per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum. ¶ Memoria de sancto laurentio. Lectio libri sapientie.

Eccl. xxiiii. c.

Ab initio et ante secula creata sum / et vsq̄ ad futurū seculū non desinam: et in habitatione sancta corā ipso ministraui. Et sic in sion firmata sum / et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sāctorū / detētio mea. Gr. Benedicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Si dñica fuerit / dicitur. Alla. V9. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Euangel. Secundū Lucam.

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollēs vocem quedam mulier de turba / dixit illi. Beatus venter q̄ te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiūt verbū dei: et custodiunt illud. Off. Felix nanq̄ es sacra virgo maria et oī laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie christus deus noster. Et dr hac die Alla. Quicunq̄ dr (extra. lxx. vsq̄ ad pascha) nisi ad hanc missā de vigilia cancū / cū extra dñic. euen. V9. Beata es virgo maria que dñz portasti creatorē mūdi. genuisti q̄ te fecit et i eternū pmanes virgo. Secreta

xi. D.

Munera nostra dñe (quesum9) apud clementiam tuam dei genitricis commendet oratio: quam / idcirco de presenti seculo transtulisti / vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundē.

¶ Alia secreta de sancto eusebio.

Sancti eusebij confessoris tui interuentu dñe tibi sectetus nr̄a complaceat: et oblatio pñtiū munerū fiat psidiū deuotorū. P. Prefa. quoti. Cōio. Alma dei genitrix succurre precantib9 electis: nos quoq̄ vna pcamur supplices / vt cuis pcibus adiuti laudem9 trinitatē. Pcō.

Concede quesum9 misericors deus fragilitati nr̄e presidiū vt q̄ sācte dei genitricis et virginis marie requiem celebramus intercessionis eius auxilio a nr̄is iniquitatibus resurgam9. Per eundē dñm.

¶ Alia postcōio de sancto eusebio.

Leti dñe sūpsimus sacramenta celestia: que nobis intercedēte btō eusebio confessore tuo / sentiamus vberius profutura. Per.

¶ In die assumptionis beate marie virginis. Ad missam. Officium.

Eccle. Gaudeamus oēs in dño diem festum celebrātes sub honore marie virginis: de cuius assūptione gaudēt angeli et collaudant filiū dei. ps Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. Kyrie. Deus creator. Orō.

Veneranda nobis dñe huius diei festiuitas opem cōferat salutarē/in qua sācta dei genitrix mortē subijt tēpalē: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filiū tuū dñm nrm de se genuit incarnatū. Qui te. Lectio libri sapientie.

Eccle. xxiiij. B In oībus requiē quesiui: et in hereditate dñi morabor. Tūc pcepit et dixit michi creator oim: et q creauit me requieuit in tabernaculo meo/et dixit michi. In iacob ihabita/et in israel hereditare: et i electis meis mitte radices. Et sic in siō firmata sū/et i ciuitate sctificata similiter requieui: et i hierusalē potestas mea. Et radicaui in pplo honorificato/ et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sctōr detētio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cypressus i mōte sion. Quasi palma exaltata sum in cades: et quasi plātatio rose in hierico. Quasi oliua speciosa in campis: et quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizans/ odorē dedi. Quasi myrrha electa: dedi suauitatem odoris. Alia epistola p octa. Lectio libri sapientie.

Cātic. iij. D. Egredimini filie sion/et videte regem salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua in die despōsationis illius: et in die letitie cordis eius. Quam pulchra es amica mea: q pulchra es et decora. Oculi tui columbarū: absq eo quod intrinsecus latet. Tota pulchra es amica mea: et macula non est in te. Ueni de libano sponsa mea: veni de libano/veni. Quā pulchre sunt māme tue/soror mea spōsa. Pulchriora sūt vbera tua vino: et odor vnguentorū tuorū sup oia aromata. Fauus distillās labia tua sponsa mel: et lac sub lingua tua/et odor vestimētorū tuorū sicut odor thuris. Ortus cōclusus soror mea sponsa: ortus cōclusus/fons signatus. Emissiones tue paradisus malorū punicorū: cū pomorum fructibus. Fons ortorū/puteus aquarū viuētiū: q fluunt impetu de libano. Ueni in ortū meum soror mea spōsa: messui myrrhā meā cū aromatibus meis. Una est columba mea/perfecta mea: vna est matri sue/electa genitrici sue. Uiderūt eam filie sion/ et beatissimam predicauerunt: regine et concubine laudauerunt eam. Que est ista que pgreditur quasi aurora consurgens: pulchra vt luna/ electa vt sol/terribilis vt castrorum acies ordinata? Quā pulchra es et q decora charissima i delicijs. Statura tua assimilata est palme: et vbera tua botris. Et legantur alternis vicibus per octa. videlicet vna die. In oibus requiē. et altera die Egredimini. Ita tamen q in do. infra octa. et in octa. die dr Epla In oibus requiē. Gr. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurē tuā: quia concupiuit rex speciem tuā. Alla. ℣. Hodie maria virgo celos ascendit/gaudete: quia cum christo regnat i eternum. Sequēs Alla. dr quotidie per octaua. nisi in dñica/et i octaua die: tūc vero dr Alla sicut in prima die Alleluya. ℣. Assumpta est maria in celum: gaudent angeli/et collaudantes benedicūt dominum. Sequenta. Psal. xliiij.

Aurea virga prime matris eue: florens rosa processit maria.

Oritur vt lucifer iter astra etherea: perpulchra vt luna. Fragrascit vltra oia balsama/pigmēta et thymiamata. Purpurea vt viola rosida vt rosa/candens vt lilia. Patris summit quā elegit proles deica. Ut assumeret carnē sacrosanctā: ex virginis carne incorrupta. Celsus nunciat gabriel noua gaudia. Eterni regis exortum in terra: matrēq eius ita salutat. Aue maria/dñi mei mater alma: celica plena grā. Et dr terna vice. Tu benedicta regē in secula paries effecta orbis regina. Fecūda ego (inquit) quomodo esse queam: cū virū nō agnoscam: ex quo sum nata semper permanēs virgo pudica? Ne timeas respondit angelus: sanctū pneuma descendet in te casta: quo fecundata paries deum et hoiem vna. O vere sctā atq amanda: ex qua est orta redemptio nr̄a/salus quoq mūdi veraq vita. O dei nr̄i genitrix pia: suscipe nr̄a hac die precata/in qua es assumpta ad celi astra. Tu es enim patri chara/tu es iesu mater bona/tu sācti spūs es tēplū facta. Tu es pulchra dei sposa tu regem xp̄m enixa: dñā es in celo et in terra. Hodie namq curie celestis tibi obuia agmina: te assumpserūt ad palacia stellata. Iesus ⁊ ipse festiuus tibi matri cū angelis occurrens: sede paterna secū locauit in secula. Iā cū deo regnās/nr̄a excusa clemens mala: poscēs cuncta bona o benigna. Mediatrix nostra que es post deum spes sola: tuo filio nos representa. Ut in poli aula leti iubilemus alla. Secundum Lucam.

p. B In illo tpe. Intrauit iesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha noie/excepit illum in domum suam. Et huic erat soror noie maria: que etiā sedēs secus pedes dñi/audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequēs ministeriū: q̄ stetit/⁊ ait. Dñe/nō est tibi cure ꝙ soror mea reliquit me solā ministrare. Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respōdens: dixit illi dñs. Martha martha/solicita es: et turbaris erga plurima. Porro vnū est necessariū. Maria optimā partē elegit: que nō auferetur ab ea. Re

do. Offr. Diffusa est gratia in labiis Psal.
tuis: propterea bñdixit te deꝰ in eter xliiii.
nū et in seculum seculi. Secreta.

Grata tibi dñe (q̄sumus) munera nostra efficiat beate dei genitricis oratio: quā ⁊ si pro conditione carnis migrasse cognoscimꝰ/in celesti gloria pro nobis apud te iugiter orare sentiamꝰ. Prefat. Et te in assūptiōe. Hec prefatio dicit quotidie per octa. ⁊ in octa. Cōio. Beata viscera marie virginis: que portauerūt eterni patris filiū. Postcōio.

Mense celestis participes effecti imploramus clementiam tuā dñe deus noster: vt qui festa dei genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus/eius intercessionibus liberemur. Per eundē. Quotidie per hebdo. dicitur eadē missa cū propriis sequētiis: sed sine Credo. tamē in dñica dr Credo. ⁊ in oct. si do. fuerit. Secūda die sequentia.

Post partū virgo maria. Dei genitrix fecunda: gratia tonantis plena. Aue terrarū domina/alma celorum regina. Tibi ethera omnisq sanctorū turba/depromat symphonia. Tellus/flumina/atq siluarū nemora/resultēt voce sua. Salue parens inclyta/felix puerpera. Per te lux et veritas mundo edita. Tu iesum papilla lactasti sacra/extans virgo feta mater intacta. Unde nostris eia faue votis dñā/xp̄m interpellās pro salute humana. Per te mater/aboleri filiorum flagitamus crimina. Nosq oēs introduci sempiterna paradisi gau:

dia. Quo perēnis vite perfruamur
gloria. ¶ Tertia die sequentia.

AVe maria gr̃a plena. Domi:
nus tecū virgo serena. Bn̄di
cta tu i mulierib9. Que peperisti pa
cē hoib9 & angelis gloriā. Et bn̄di:
ctus fruct9 vētris tui. Qui cohere:
des vt essem9 sui: nos fecit p grām.
Per hoc autē aue: mūdo tam suauc:
cōtra carnis iura. Genuisti prem/
nouū stella solē: noua genitura. Tu
parui & magni/ leonis & agni: salua
toris xp̄i/ tēplū extitisti: sed virgo i:
tacta. Tu floris & roris/ panis & pa:
storis: virginū regina/ rosa sine spi
na: genitrix es facta. Tu ciuitas re:
gis iustitie. Tu mater es misericor:
die. Theophilū reformās gratie: de
lacu fecis et miserie. Ergo maris
stella/ verbi dei cella/ et solis auro:
ra. Paradisi porta per quam lux est
orta: natum tuum ora. Nos vt sol:
uat a peccatis/ et in regno clarita:
tis: quo lux lucet sedula/ collocet per
secula. ¶ Quarta die sequentia.

LEtabūdus exultet fidelis cho
rus allelupa. Nota q̃ in. lxx.
pro allelupa. dicitur die ista. Regem
regum intacte profudit chorus res
miranda. Angelus consilij nat9 est
de virgine/ sol de stella. Sol occasū
nesciēs/ stella semper rutilans: sem:
per clara. Sicut sydus radiū/ pro:
fert virgo filiū: pari forma. Neq̧
sydus radio/ neq̧ mater filio: sit cor:
rupta. Cedrus alta libani/ confor:
matur hysopo: valle nostra. Verbū
ens altissimi/ corporari passum est:
carne sumpta. Esaias cecinit/ syna:
goga meminit: nunq̃ tamē desinit/
esse ceca. Si non suis vatib9/ credat
vel gentilibus: sibillinis versibus/
hec predicta. Infelix propera. Cre:
de vel vetera. Cur dānaberis gens
misera? Quem docet litera. Natum
considera. Ipsum genuit puerpera.

¶ Quinta die. Sequentia.

HAc clara die turma festiua/
dat preconia. Mariam con:
crepādo symphonia nectarea. Mū:
di dn̄a/ que est sola castissima: virgi
nū regina. Salutis causa/ vite por:
ta/ atq̧ celi referta gratia. Nam ad
illā sunt nūcia: olim facta angelica.
Aue maria/ gr̃a dei plena per scl'a.
Mulierū pia agmina: intra semper
benedicta. Virgo et grauida/ mater
intacta: prole gloriosa. Cui ɔtra ma
ria: hec reddit famina. In me quo:
modo tua iam fiēt nūcia? Virū noui
nulla certe copula. Ex quo atq̧ nata
sum īcorrupta. Diue missus ita: red
dit affata. Flatu sacro plena fies ma
ria. Noua afferens gaudia/ celo ter
re nati per exordia. Intra tui vteri
claustra portans/ qui gubernat eter
na Omnia qui dat tēpora pacifica.

¶ Sexta die Sequentia.

AVe mundi spes maria: aue
mitis/ aue pia: aue plena gra:
tia. Aue virgo singularis / que per
rubum designaris: non passum in:
cendia. Aue rosa speciosa: aue iesse
virgula. Cuius fructus/ nostri lu:
ctus relaxauit vincula. Aue carens
simili: mundo diu flebi'i/ reparasti
gaudium. Aue cuius viscera/ contra
mortis federa: ediderunt filiū. Aue
virginū lucerna/ p quā fulsit lux su
perna: his quos vmbra tenuit. Aue
virgo de qua nasci/ & de cuius lacte
pasci: rex celorum voluit. Aue gem
ma celi luminarium. Aue sancti spi:
ritus sacrarium. O q̃ mirabi'is/ et
q̃ laudabilis: hec est virginitas. In
qua per spiritum facta paraclitum/
fulsit fecunditas. O q̃ sancta q̃ se:
rena: q̃ benigna q̃ amena esse vir:
go creditur. Per quam seruitus fi:
nitur: porta celi aperitur: et libertas
redditur. O castitatis lilium: tuum
precare filium/ qui salus est humi:
lium. Ne nos pro nostro vitio: in
flebili iudicio: subijciat supplicio.

Sed nos tua sancta prece: mundās a peccati fece. Collocet in lucis domo: amen dicat omnis homo.

¶ Septima die Sequentia.

Hodierne lux diei/celebris in matris dei: agitur memoria. Decātemus in hac die/semp virginis marie: laudes et p̄conia. Ois homo omni hora/ipsam ora ⁊ implora: eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto/cordis oris voce voto: aue plena gr̄a. Aue dn̄a celorū/inexperta viri torum: parens paris nescia. Fecūdata sine viro/genuisti modo miro: genitorem filia. Florēs ortus austro flāte/porta clausa post ⁊ ante: via viris inuia. Fusa celi rore tellus/fusū gedeonis vellus: deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti/tu caliginose menti: desuper irradia. Placa mare maris stella/ne inuoluat nos procella: et tēpestas obuia. ¶ Tertia die infra octauas assūptionis d͛r missa in capitulo de octaua sancti Laurentij. Officium.

p̄. xvi Robasti dn̄e cor meum/ et visitasti nocte: igne me examinasti: et nō est inuenta in me iniquitas. ps. Exaudi dn̄e iustitiā meā: intēde deprecationē meā. Oratio

Beati laurentij martyris tui nos faciat dn̄e passio veneranda letantes: ⁊ vt eam sufficienter recolamus/efficiat promptiores. Per dominū. Ep̄la. Qui parce seminat.

ps. xx vt sup. in die. Gr. Posuisti dn̄e sup caput ei⁹ coronā de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. All'a. V. Leuita laurentius bonū opus operatus est: q̄ p signum crucis cecos illuminauit/et thesauros ecclesie dedit pauperib⁹.

Eccl'e Si vigil. i dn̄ica otenerit: tunc hac die dicet' sequentia. All'a. V. Leuita laurentius bonum opus operatus est: qui per signum crucis cecos illuminauit. Secundum Matheum.

In illo t̄pe. Dixit iesus discipulis suis. Qui amat patrem aut matrē plus q̄ me: nō est me dignus. c. x. D Et qui amat filiū aut filiā super me non est me dignus. Et qui non accipit crucē suā ⁊ sequit' me: nō est me dignus. Qui inuenit aiam suā: pdet illā. Et q̄ pdiderit aiam suā propter me: inueniet eā. Qui recipit vos me recipit. Et q̄ me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetā in noīe prophete: mercedē prophete accipiet. Et q̄ recipit iustū in noīe iusti: mercedē iusti accipiet. Et quicūq3 potum dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide tātū in nomine discipuli: amen dico vobis/non perdet mercedē suam. Offr. In virtute

Psal. xx. tua dn̄e letabitur iust⁹: ⁊ sup salutare tuum exultabit vehementer/Desiderium aie ei⁹ tribuisti ei. Secreta.

Beati laurētij martyris tui honorabilem passionem muneribus dn̄e geminatis exequimur: que sicet pprijs sit memorāda principijs/ indesinēter tamē pmanet gloriosa. Per d. Cōio. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide p̄cioso. P⁹cō.

Salutare nobis domine quesumus intercessio beati laurentij martyris tui prestet auxilium: vt celestis mense participatio quā sumpsimus/tribuat ecclesie tue recensitam leticiam. Per dominum nostrū

¶ Sciendū est q̄ quandocūq3 octaua sancti laurētij in dn̄ica euenerit missa de ipsa octaua in illa dn̄ica in capitulo dicit': et missa dominicalis in vigilia sancti bartholomei in capitulo dicatur: nisi cū fuerint. xxvi. vel. xxvij. dominice a Deus omnium vsq3 ad aduentū dn̄i. tunc enim vbi vna missa dominicalis differatur.

¶ Dn̄ica infra octa. assumptionis ad missam ora. fiant sicut in pluna

die more simplicis festi. ix. lect. tã
tū ꝙ Kyrie. Gloria i excel. Sequē.
Sctūs.⁊ Agnus p ordinē dicatur.
Quarta die īfra octa. fiat memo.
de sancto agapito martyre. Oratio.
Letetur ecclesia tua deus bea
ti agapiti martyris tui con
fisa suffragijs: atq; eius precib⁹ glo
riosis/et deuota permaneat/et secu
ra consistat. Per dīm. Secreta.
Pro beati agapiti martyris tui
passione ueneranda hostias
laudis tibi dñe immolātes: q̄sumus
vt eius orationib⁹ placeāt: p cuius
meritis offeruntur. p do. Postcōio.
Presta q̄s dñe de⁹ nr̄/vt sacra
menti tui btute pcepta inter
cessione bti agapiti martyris tui tā
to munere digni reddamur. Per d.
Quinta die infra octauas fiat me
mo. de sancto magno martyre. Or.
Adesto dñe supplicationibus
nostris: ⁊ intercedente beato
magno martyre tuo/ab hostiū nos
defēde ppitiat⁹ icursu. Per d. Secr̄
Oblatis tibi dñe q̄s fideliū tuo
rum muneribus intende ppi
tius: ⁊ vt nulli⁹ sit irrita postulatio
nullius inane sit votū: gloriosi mar
tyris tui magni desideratum nobis
prebe subsidiū. Per. Postcōmunio.
Tua sctā sumētes q̄s dñe: vt
bti magni martyris tui nos
foueant continuata presidia. Per.
In octa. assumptionis beate ma
rie ad missam omnia fiāt sicut i pri
ma die more simplicis festi. ix lect.
et dr̄ super Kyrie. cantus de Kyrie
ops. dr̄ etiā Spūs et almea tribus
clericis de supiori gradu in suppel
licijs ad gradū chori: ⁊ dr̄ Sanctus
cū hac additione Benedictus marie
filius. Et fiat memo. de martyrio⁹
timotheo ⁊ symphoriano. Oratio.
Auxiliū tuū nobis dñe placa
tus impende: ⁊ intercedenti
bus beatis martyribus tuis timo
theo et symphoriano/dexteram su
per nos tue propitiationis extende.
Per dñm. Et dicitur ista sequentia.
Ave pclara maris stella in lu
cem gentium maria diuinit⁹
orta. Euge celi porta que non aper
ta veritatis lumen ipsum solem iu
stitie: indutum carne ducis in orbē.
Virgo decus mundi regina celi: pre
electa vt sol/pulchra lunaris vt ful
gor/agnosce omnes te diligentes.
Te plenam fide virgā alme stirpis
iesse nascituram: priores desidera
uerūt patres et prophete. Te lignū
vite sacro rorante pneumate paritu
ram diuini floris amygdalū signa
uit gabriel. Tu agnum regē terre do
minatorē moabitici de petra deser
ti ad montem filie sion traduxisti.
Tuq; furentē leuiathā serpentemq;
tortuosum et vectem collidens dam
nosum/crimine mundum exemisti.
Hinc gētiū nos reliquie tue sub cul
tu memorie. Mirū in modū quē es
enixa propiciationis agnū regnātē
celo eternaliter/reuocam⁹ ad aram
mactādū mysterialiter. Hinc mãna
verū israelitis. Veris veri abrahe
filijs. Admirātibus/quodā moysi
qd̄ typus figurabat: iam nūc abdu
cto velo dat pspici: ora virgo nos il
lo pane celi dignos effici. Fac igni
sancto patrisq; verbo qd̄ (vt rubus
flāma) tu portasti. virgo mat facta:
peculiari pelle distincto pede mūdis
labijs cordeq; propinquare. Fac fō
tē dulcē quē in deserto petra premō
strauit degustare. quam sincera fi
de: renesq; succingi lotos i mari/an
guē eneum in cruce speculari. Audi
nos nam te filius nichil negans ho
norat. Salua nos iesu p quib⁹ bgo
mater te orat. Da fōtē vite vilere:
da puros mentis oclos in te defige
re. Xpianissimi fidē opibus redime
re: beatoq; fine. Ex huius incolatu
sctī auctor ad te transire. Secreta

A Cceptā tibi sit dñe sacrate ple
bis oblatio pro tuorum ho
nore sctōꝝ: quoꝝ se meritis perce
pisse de tribulatione cognoscit au
xilium. Per dñm. Postcommunio.
S Acro munere satiati q̄s omni
potens de9: vt interuenientib9
sctis martyribus tuis timotheo et
symphoriano: nos oēs sacrorū tuo
rum iubeas assisti collegio. Per.
¶ In vigilia sancti bartholomei
apostoli. quere oia in cōmuni vni9
apostoli: et fiat memoria de marty
ribus timotheo & apollinare/cum
oratione de cōmuni. Si hec vigil.
in dñica euenerit: nichil fiat de vi
gil. preter mem. ¶ In die sancti bar
tholomei apostoli. Officium.
Psal. lxxx. viij. M Ichi aūt nimis honora
ti sunt amici tui de9: ni
mis cōfortatus est prin
cipatus eorum ps. Do
mine probasti me & co
gnouisti me: tu cognouisti sessionē
meam & resurrectionē meā. Oratio
O Mnipotēs sempiterne deus/
qui huius diei venerādā san
ctaq3 leticiā in btī bartholomei apli
tui festiuitate tribuisti: da ecclesie
tue/q̄s & amare qđ credidit: & predi
care quod docuit. p do. ¶ Memoria
de sancto audoeno episcopo. Orō.
D Eus q̄ perennē gloriam san
ctissimi confessoris tui atq3
pōtificis audoeni aīe contulisti: tri
bue q̄s ei9 nos apud te ita patroci
niis subleuari: vt cum eo vitā possi
deam9 eternā. p dñ. Epla. Iā nō estis
Psal. xviij. hospites cōi. fo. i. Gr. In oēm ter
rā exiuit son9 eoꝝ: & in fines orbis
terre verba eoꝝ. ps. Celi enarrant
gloriā dei: & opa manuū ei9 annun
ciat firmamentū. Alla. Nimis
Psal. cxxx viij. honorati sūt amici tui deus: nimis
cōfortat9 est principat9 eoꝝ. Sequē.
Clare sanctorū. In cōi. fo. ij. Euang.
Facta est contentio. In cōi. fol. iv.

Credo. Offr. Constitues eos prin
cipes super omnem terram: memo Psal. xliiij.
res erunt nominis tui in omni pro
genie et generatione. Secreta.
B Eati apostoli tui bartholomei
dñe solēnia celebrātes tuā cle
mentiā deprecamur: vt eius auxilio
tua bñficia capiam9/ & cuius venera
tiōe tibi laudis hostias imolam9. p.
¶ Alia secreta de sancto audoeno.
O Blata q̄s dñe munera fidelis
populi meritis beatissimi au
doeni confessoris tui atq3 pōtificis
tibi reddant accepta: vt ab oī conta
gione pcti/eisdē quib9 famulamur
mysteriis: clemēter emūdari merea
mur. Per. Prefa. Et te dñe. Cōio.
Uos qui secuti estis me/sedebitis su
per sedes iudicantes duodecim tri
bus israel: dicit dominus. Postcōio.
S Umptis dñe salutaribus sa
cramētis: pro solēnitate beati
apli tui bartholomei supplices de
precamur: vt que predicauit & cre
dam9 pariter & sequamur. Per do.
¶ Alia postcōio de sancto audoeno.
M Ense celestis participatione
vegetati supplices te rogam9
omipotēs deus: vt sicut de beati au
doeni perpetua glorificatione an
nua celebritate gaudemus: ita ipsi9
apud te intercessione ab omni merea
mur aduersitate defendi. Per dñm.
¶ Sancti ruphi martyris. Officiū.
I Usti9 nō conturbabit: qr
dñs firmat manū ei9 to
ta die miseret & cōmodat
& semē ei9 i bñdictione
erit i eternū cōseruabitur. ps. Noli
emulari in malignantib9: neq3 zela
ueris facientes iniquitatē. Oratio.
A Desto dñe supplicationibus
nostris: vt beati ruphi marty
ris tui intercessionibus confiden
tes: nec minis aduersantium nec
ullo conturbemur incursu. Per do
minū. Epla. Beat9 vir qui in sapiē

Psal. xxxvi tia.i cõi.fo.iij. Gr. Iustus non cõturbabitur: qz dñs firmat manũ ei9

v. Tota die miseret et cõmodat et semẽ ei9 i benedictione erit. Alla.v.

p.cxi. Btũs vir q̃ timet dñm/in mãdatis eius volet nimis. Euangel. Nichil opertũ in cõi.fo.v. Offr. In virtu-

ps.xx te tua dñe letabit iust9/et super salutare tuũ exultabit vehemẽter/desideriũ aie eius tribuisti ei. Secr.

H Ostias tibi domine ob honorem beati ruphi martyris tui offerimus suppliciter deprecantes: vt sicut illi prebuisti sacre fidei confessionem/sic nobis indulgentiam largiaris et pacem. Per dominũ.

ibidẽ. Cõio. Magna est gl'ia ei9 in salutari tuo:gloriã et magnũ decorẽ impones super eũ domine. Postcõio.

C Elesti munere satiati quesumus dñe de9 noster: vt beati ruphi martyris tui meritis vbiqz nos adiuues. Per dñm. Sancti augustini epi et doctoris. Officium.

Eccl. xxv.d S Tatuit ei dñs testamentum pacis/et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternũ.

Psal. lxxxviij. ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

D Eus qui beatum augustinũ ecclesie tue in exponendis scripture sacre mysterijs doctorem catholice prouidisti: da nobis quesumus ei9 semper et doctrinis instrui et oratione fulciri. Per d. Cõmẽoratio de scõ hermete martyre. Oratio.

D Eus qui beatum hermetem martyrem tuum virtute constantie i passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. Per dominum. Epla. Dedit dominus.

ps.xx in cõmuni.fo.xu. Grad. Dñe preuenisti eũ in bñdictionib9 dulcedinis/ posuisti i capite eius coronã de lapide precioso. v. Vitã petijt et tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ seculi. Alla.v. Iustus germinabit sicut liliũ: et florebit in eternum ante dñm. Sequen. Adest nobis dies alma in cõi.fol.x. Euang. Vos estis sal terre in cõmuni fo.xi. Credo.

Esai. xxxv. A

Psal. lxxxviij. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

S Ancti confessoris tui atqz põtificis augustini nobis quesumus domine pia non desit oratio: que et munera nostra tibi conciliet: et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum.

Alia secreta de sancto hermete.

M Unera nostra quesumus domine ppiciatus assume: et vt digne tuis famulemur altaribus: sancti hermetis martyris tui/nos intercessione custodi. Per do. Cõio.

Mat. xxiiij. D Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

S Umentes dñe salutaria sacramenta: quesum9 vt eius nos tribuas subsequi documenta/cuius celebramus gloriosa solennia. Per.

Alia postcõio de sancto hermete.

R Epleti dñe bñdictione celesti qs clemẽtiã tuã: vt intercedẽte beato hermete martyre tuo que humiliter gerim9 salubriter sẽtiam9. Per. In decollatione sancti iohãnis baptiste dr missa in capitulo de sancta sabina virgine/statim post primam ante terciam more solito et missa de scto iohãne post sextã.

De scta sabina virgine. Offm.

Psal. cxviij C Ognoui dñe qz equitas iudicia tua: et i veritate tua humiliasti me: cõfige timore tuo carnes meas a mãdatis tuis non me repellas. ps. Beati imaculati in via

qui ambulant in lege dñi. Oratio.

Beate sabine virginis tue et martyris dñe precibꝰ cõfidẽtes qs clementiã tuã: vt eiꝰ meritis et precibꝰ ad eterna gaudia peruenire valeamꝰ. Per. Epla. Dñe deus
Psal. xliiij. meꝰ. i cor. fo. xiij. Gr. Diffusa est grã i labijs tuis: ppterea benedixit te deꝰ i eternũ. v. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ et iustitiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. v. Specie tua et pulchritudine tua: intende pspere pcede et regna. Euãg. Simile est regnũ celorum thesauro. in cõmuni fo. xvi. Offr. Filie regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Muneribꝰ nrïs domine te magnificamus oblatis que nobis et beate sabine martyris tue patrocinia/et sempiterna cõciliẽt gaudia. Per. Cõio. Principes persecuti sũt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meũ letabor ego super eloquia tua sicut q̃ inuenit spolia multa cõcupiuit aĩa mea testimonia tua dñe et dilexi ea vehemẽter. Pᵒcõio.

Redemptionis nostre mysteria celebrantes qs dñe deus noster: vt beate sabine martyris tue meritis muniamur: et visionis tue gloria ineffabili perfruamur. Per dñm. ¶ In decollatione sancti iohãnis baptiste. Ad missam. Officium.

p. viij. Gloria et honore coronasti eũ: et cõstituisti eũ sup opera manuũ tuarũ. ps. Dñe dñs nr: q̃ admirabile est nomẽ tuũ i vniuersa terra. Oratio

Sancti iohãnis baptiste et martyris tui domine qsumꝰ veneranda festiuitas: salutaris auxilij nobis prestet augmentum. Per dñm.

¶ Nulla fiet mẽo. de sancta sabina virgine vbi missa de ea prius cantata fuerit. Lectio libri sapientie.

Expectatio iustorũ letitia: spes autem impiorũ peribit. Fortitudo simplicis via dñi: et pauor puer. x. D
his qui operantur malum. Iustus in eternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram. Os iusti parturit sapientiã: et lingua prauorũ peribit. Labia iusti considerãt placita: et os impiorũ peruersa. Simplicitas iustorũ diriget eos: et supplãtatio peruersorũ vastabit illos. Iustitia rectorũ liberabit eos: et insidijs suis capiẽtur iniqui. Iustus de angustia liberatus est: et tradetur impius p eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabũtur scientia. In bonis iustorũ exaltabit ciuitas: et i pditione impiorũ erit laudatio. In bñdictione iustorum: exaltabit ciuitas.
Gr. Posuisti dñe super caput eius/ ps. xx
coronã de lapide precioso. v. Desideriũ/anime eius tribuisti ei/et voluntate labiorum eius non fraudasti eũ. Alla. v. Misso herodes spiculatore / precepit amputari caput iohãnis in carcere. Sequẽtia. Sci baptiste. Require supra in natiuitate eiusdem. Secundum Marcum.

In illo tempore. Misit herodes vi. C
rex manum: et tenuit iohannem et vinxit eum in carcerem propter herodiadem vxorem philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat enim iohãnes herodi. Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias autẽ insidiabatur illi: et volebat occidere eum/ nec poterat. Herodes enim metuebat iohannem sciens eum virũ iustũ et sanctũ: et custodiebat eũ. Et audito eo multa faciebat: et libenter eum audiebat. Et cũ dies opportunꝰ accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galilee Et cũ introisset filia ipsiꝰ herodiadis et saltasset/et placuisset herodi

simulque recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod vis: et dabo tibi. Et iuravit illi quia quicquid pecieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit: caput iohannis baptiste. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit dicens. Volo ut protinus des michi in disco: caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum. Et propter simul discumbentes noluit eam contristari: sed misso speculatore precepit afferri caput eius in disco. Et decollavit eum in carcere: et attulit caput eius in disco. Et dedit illud puelle: et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt: et tulerunt corpus eius/ et posuerunt illud in monumento. Off'. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petiit a te et tribuisti ei alleluia. Secreta

ps. xx

Munera tibi domine pro sancti iohannis baptiste et martyris tui passione deferimus: qui dum finitur in terris/ factus est celesti sede perpetuus: quesumus ut eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcōio.

Conferat nobis domine sancti iohannis baptiste utrumque solennitas: ut et magnifica sacramenta que sumpsimus / precibus nostris significata veneremur: et in nobis potius edita gaudeamus. Per dominum. ¶ Sanctorum felicis et adaucti martyrum. Officium.

Ecclē xliiij. D

Sapientiam sanctorum narrant populi et laudem eorum nunciat ecclesia; nomina autem eorum vivent in secula secu. [illegible] Exultate iusti in domino: rectos decet collaudacio. Oratio.

Maiestatem tuam domine supplices deprecamur / ut sicut nos iugiter sanctorum martyrum tuorum felicis et adaucti commemoratione letificas: ita semper supplicatione defendas. Per dominum. Epla Iustorum anime in manu dei sunt. In commun. fo. vij. Gr. Iustorum anime in manu dei sunt/ et non tanget illos tormentum malicie. V. Visi sunt oculis insipientium mori/ illi autem sunt in pace. Alleluya. V. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei et delectentur in leticia. Euang. Attendite a fermen. in cōi. fo. viij. Off'. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Sec. reta.

Psal xxxi.

Deus cui omne bonũ i tui sa cri corporis mysterio ẽtine ri voluisti:concede propicius vt hoc mun9 quod in beati martini cõfes soris tui atq3 pontificis veneratione tibi offerim9/ipso itercedẽte nobis pficere sentiam9. Per d. Alia secr. Sacrificia ista tibi vero eterno q3 pontifici oblata domine tu sanctifica:et interueniẽte btõ men na martyre tuo/ita nos fac qs hec tractare mysteria:vt ipsi tibi et tem plum et hostia placabilis esse merea mur. Qui vi. Cõio. Btũs seru9 quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilan tem:amen dico vobis/super omnia bona sua constituet eum. Postcõio. Auxiliare quesumus domine populo tuo:vt sacramentorũ tuorum virtute proficiens(interce dente beato martino confessore tuo atq3 pontifice)et tuo semper mune re gubernetur/et ad redemptionis eterne perueniat te ducente consor tiũ. Per dñm. Alia postcõmunio. Hoc in nobis quesum9 domi ne gratia tua semp exerceat: vt diuinis istauret corda nostra my sterijs:et beati menne martyris tui festiuitate letificet. Per do. Quo tidie per oct. dicit eadẽ missa:sed si ne sequẽtia:nisi festũ intercurrat/et nisi in dñica/vel qñ dicitur de san cta maria:vel missa Salus populi. restat cãtanda. Sancti bricii epi et confessoris. Ad missam. Officiũ.

Dan. iij. f Sacerdotes dei benedicite dominum:sancti et humi les corde laudate deũ. Ps. Bñdicite omnia opera domini domino:laudate et superex altate eum in secula. Oratio.

Conserua quesumus domine populum tuũ/intercessione beati brictij confessoris tui atq pontificis in tuo amore cõfisum: vt mereamur ipso intercedente cõsortes fieri celestiũ gaudiorum. Per dominum.

¶ Memoria de sancto martino vt supra. Epistola. Iustum deduxit dominus. in communi. fo. xij. Grad. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi/qui conseruaret legem excelsi. Alleluya. ℣. Amauit eum dominus et ornauit eum/ Stolam glorie induit eum. ¶ Si dominica fuerit/dicitur sequẽtia de communi. fo. x. Euangeliũ. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquã. in communi. fol. vi. Offertoriũ. Inueni dauid seruum meum/et in oleo sancto vnxi eum/manus enim mea auxiliabitur ei/et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Sancti brictij cõfessoris tui atq pontificis domine (quesumus) annua solẽnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pia oblationis officia/seculi presẽtis miserias euadamus: et gratie tue beneficia cõsequamur. Per dominũ. Communio.
Mat. xxiiij. D Fidelis seruus et prudens quẽ constituit dñs super familiã suã: vt det illis i tẽpore tritici mẽsurã. Postcõ.

Misterijs refecti diuinis domine deus noster: quesumus vt beati brictij confessoris tui atq pontificis vbiq intercessione nos protegas/in cuius annua veneratione hec tibi obtulimus sacramẽta. Per dñm.

¶ Infra diocesim Londoñ. trãslatio scti erkenwaldi epi et cõfessoris: oĩa fiãt sicut in cõi. ¶ Scti machuti epi et confessoris. Ad missam. Officiũ.

Eccle. xlv. D Statuit ei dñs testamentum pacis/et principẽ fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps. Misericordias dñi: in eternũ cãtabo. Oro.

Omnipotens sempiterne deus populi tui preces exaudi: qui beatũ machutũ cõfessorem tuũ atq põtificem virtutis gratia decorasti: et eum hodie in celesti gloria suscepisti. Per dominum. ¶ Memoria de sancto martino. vt supra. Epla. Ecce sacerdos magnus. in cõi. fol. x. Grad. Inueni dauid seruum meũ/oleo sancto meo vnxi eum/manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiũ meum confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nõ nocebit eum. Alleluya.
℣. Iustus germinabit sicut lilium: et Esaie
florebit in eternum ante dominum. xxv. a
Seq. Alma cohors. in cõmuni fo. x. Euãg. Homo quidã nobilis. in cõi fol. v. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Oblationes nostras quesumus domine propiciatus intende/quas tibi in honore beati machuti confessoris tui atq pontificis consecrandas deferimus: precãtes vt ipsius meritis et intercessione peccatorum omnium que negligenter gessimus/te propiciante veniam consequi mereamur. Per dominũ. Communio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis/super omnia bona sua constituet eum. Postcõmunio.

Uos donis celestibus domine satiasti/sancti machuti cõfessoris tui atq pontificis benignus attolle presidijs: vt a noxijs omnibus expediti/post salutaria tua toto corde curramus. Per. ¶ Scti edmũdi archiepiscopi. Ad missam. Officiũ.

Gaudeamus oẽs in dño/ Eccl.
diem festum celebrantes sub honore Edmũdi presulis/ de cuius solennitate gaudent angeli/ et

collaudāt filiū dei. ps. Exultate iusti
in dn̄o: rectos decet collaudatio. Or.
Deus qui largiflue bonitatis
consilio tuo/ecclesiam tuā bti
edmūdi cōfessoris tui atq pōtificis
p̄clare vite meritis decorasti/et glo:
riosis letificasti miraculis: concede
propicius nobis famulis tuis: vt et
ipsius in melius reformemur exem
plis/et ab oībus eius patrocinio pte:
gamur aduersis. Per d. ¶ Memoria
de sancto martino. Epla. Ecce sacer
dos magnus q̄ in vita. in cōi. fol. x.
Grad. Dn̄e preuenisti eum in bene:
dictionibus dulcedinis/posuisti in ca
pite eius coronā de lapide precioso.
V. Vitā petijt et tribuisti ei/lōgitudi
nē dierū in seculum seculi. Alla. V.
Hic edmundus pauper et modicus celū
diues ingreditur/hymnis celestibus
honoratur. Sequē. Alma cohors. et
Euangel. Homo quidam peregre.
in cōi fo. xi. Offer. Veritas mea et mi
sericordia mea cū ipso/et in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Secr.
Beati edmundi confessoris tui
atq pontificis quesumus dn̄e
precibus munera tibi offerenda cō:
placeant: et oblata nobis proficiant
ad salutem. Per dominū. Cōmunio.
Mat. xxiiij. D Beatus seruus quē cum venerit do
minus inuenerit vigilantem/amen
dico vobis / super omnia bona sua
constituet eum. Postcōmunio.
Mentes nostras quesumus do
mine susceptis robora sacra:
mentis: vt sicut eas beati edmundi
confessoris tui atq pōtificis nouis
dignatus es confortare miraculis:
sic etiā iuuare suffragiis/et illustra:
re digneris exēplis. Per. ¶ Scti hu
gonis epi et confessoris. Officium.
Eccl. xlv. D Statuit ei dominus testa
mentum pacis/ et prin:
cipē fecit eū: vt sit illi sa
cerdotij dignitas in eter
num. ps. Misericordias
domini: in eternū cantabo. Oratio.
Deus qui beatū hugonem cō
fessorem tuū atq pontificē
eminentia meritorum et claritate si
gnorum excellenter ornasti: concede
propicius vt eius exempla nos pro
uocent/et virtutes illustrent. Per d.
Memoria de sancto aniano confes. Or.
Deus qui sanctam nobis hu
ius diei celebritatē pro bea:
ti aniani confessoris tui atq ponti:
ficis solennitate tribuisti/adesto fa:
milie tue: et da vt cuius hodie festa
celebramus/eius meritis et inter:
cessionibus adiuuemur. Per domi:
num nostrum. ¶ Memoria de san:
cto martino. vt supra. Epistola. Di
lectus deo et homi. in cōi. fol. x. Gr.
Domine preuenisti eum in benedi:
ctionibus dulcedinis/posuisti in ca
pite eius coronam de lapide precio:
so. Versus Vitam petijt et tribuisti ei/
lōgitudinem dierum in seculum se:
culi. Alleluya. V. Iustus germina
bit sicut lilium/et florebit in eternū
ante dominum. Sequentia. Alma co:
hors. in cōmuni fol. x. Euangeliū.
Videte vigilate et orate. in cōmuni
fo. xi. Offer. Veritas mea et miseri:
cordia mea cum ipso / et in nomine Psal. lxxx:
meo exaltabitur cornu eius. Secreta. viij.
Oblata tibi munera quesumus
domine beatus hugo cōfessor
tuus et pontifex prosequatur: vt me
ritis eius adiuti/per ea gratiā et glo
riam consequamur. Per dominum.
¶ Alia secreta de sancto aniano.
Preces nostras quesumus dn̄e
propiciatus admitte: et dicatū
tibi sacrificium/beati aniani confes
soris tui atq pontificis commendet
oratio. Per dominum nostrum.
¶ Alia secreta de sancto martino.
vt s. Cōio. Beatus seruus quem cū Mat.
venerit dominus inuenerit vigilan xxiiij.
tem: amen dico vobis/super omnia D
bona sua constituet eum. Postcōio.

Nostre servitutis obsequia (quesumus dñe de⁹) beatus hugo cōfessor tuus et pontifex tibi reddat accepta: ne sacramēti celestis effectū reat⁹ nr̄ a nobis excludat. P.

¶ Alia postcōio de sancto aniano.

Omnipotens et misericors de⁹ qui nos sacramentorū tuorū participes efficis ac ministros: presta quesum⁹ ut intercedente beato aniano confessore tuo atq; pontifice: et fidei pficiam⁹ augmēto/ & beatitudinis ei⁹ iungamur cōsortio. P.

¶ Alia postcōio de sctō martino vts

¶ In octaua sancti martini. Offm.

Eccle'c lxv. d Statuit ei dominus⁹ testamētū pacis/ & principē fecit eū: ut sit illi sacerdotiū dignitas in eternū. ps. Misericordias dñi: in eternum cantabo. Oratio.

Concede q̄s omps de⁹: ut beati martini cōfessoris tui atq; pōtificis frequētata solēnitas: ad ppetuam populo tuo proficiat salutē & quē sepi⁹ veneramur in terris/ sēper habeam⁹ patronū in celis. Per.

Epla. Ecce sacerd. mag. in cōi. fo. x. Gr. Dñe puenisti eū in bñdictiōib⁹ dulcedinis/ posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. V. Vitā petijt & tribuisti ei: lōgitudinē dierū in seculū seculi. Alla. V. Hic martin⁹ paup & modic⁹ celū diues ingredit/ hymnis celestib⁹ honorat. Euāgel. Hō qdā peg. in cōi fo. xi. Offr. Ueritas mea: & mīa mea cū ipo & i noīe meo exaltabitur cornu ei⁹. Secreta.

Hec oblatio domine quesum⁹ quam iterata sancti martini confessoris tui atq; pontificis festiuitate offerimus tue maiestati/ prosit nobis ad indulgentiā: ut p eā a nostris liberemur peccatis/ & sacris altaribus astare digni efficiamur. Per dñm. Cōio. Beat⁹ seruus quē cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis/ super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Sacramenta q̄sum⁹ dñe q̄ sum psim⁹: beato martino cōfessore tuo atq; pōtifice intercedente: ab oīsi nos aduersitate defendāt/ & perpetua psperitate tibi soli seruire cōcedāt. Per dñz. ¶ Si iste octa. i dñica vel i sabbato ptigerint: fiat de eis mēoria ad missā absq; missa i cap.

¶ Scti edmūdi regis & mar. Offm.

Gloria & honore coronasti eum dñe: & pstituisti eum sup opera manuū tuarū. p. viij Ps. Domine dñs noster/ quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

Deus ineffabilis misericordie qui beatissimū regē edmūdū tribuisti pro tuo noīe inimicū moriēdo vincere: concede propitius familie tue: ut eo interueniēte mereatur in se antiqui hostis incitamēta superando extinguere. Per dñm. Epla. Beatus vir qui inuēt⁹. in cōi. fo. iiij.

Grad. Posuisti dñe super caput ei⁹ coronā de lapide precioso. V. Desiderium anime ei⁹ tribuisti ei: & voluntate labiorū eius nō fraudasti eū. Alla. ps. xx V. Letabitur iustus in domino & sperabit in eo/ & laudabūtur omnes recti corde. Sequen. Organicis. i cōi fol. iij. Euangel. Si quis venit ad me. in cōi. fo. iiij. Offr. Glia & honore coronasti eū/ et constituisti eū sup opa manuū tuarū domine. Secret.

Hoc sacrificium redemptiōis nostre (quesum⁹) omnipotēs deus clementer respice et intercedēte btō edmundo rege & martyre tuo pro hac familia tua placat⁹ assume. Per dominum. Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam & magnum decorem impones super eum domine. Postcōmunio.

Sint tibi omnipotens de⁹ grata nostra seruitutis obsequia:

et hec sancta que sumpsimus (intercedente beato edmundo rege et martyre tuo) prosint nobis ad capescenda premia vite perpetue. p. ¶ Scte cecilie virginis et martyris. Offm.

psal. cxviii.

Loquebar de testimoniis tuis in cospectu regu et non confundebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps Beati immaculati in via/qui ambulant in lege domini. Oratio

Deus qui nos annua beate cecilie vginis et martyris tue solenitate letificas: da vt qua veneramur officio/etia pie conuersationis sequamur exemplo. Per. Epla. Dne deus meus. in coi fo. xiii. Gr

psal. xliii.
Audi filia et vide et inclina aurem tua: quia concupiuit rex specie tua. v. Specie tua et pulchritudine tua/intende prospere procede et regna. Alla. v. Ueni electa mea et ponam te in thronu meu: quia ccupiuit rex specie tua. Seq. Exultemus. in coi fo. xiiii. Euan. Simile est regnu celoru thesauro. in coi. fo. xiiii. Ofr. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offeretur tibi. Secr.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: vt sicut diuina offerimus in sancte cecilie virginis et martyris solennitate sacramenta: sic indulgentie tue largitate pus eius precib9 assequamur. Per dominum. Coio. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerut in me/ ego autem in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus vt non confundar. Postcoio.

Sacramentorum tuorum dne participes effecti imploram9 clementiam tua: vt beate cecilie virginis et martyris interuentu peccatorum nostrorum veniam consequi mereamur. Per domina. ¶ Sancti clementis pape et martyris. Offm.

Dicit domin9 sermones mei quos dedi in os tuum no deficiet de ore tuo: adest enim nome tuum et munera tua accepta erut super altare meum. ps Domine exaudi orationem meam; et clamor meus ad te veniat. Oratio psal. cxix.

Deus qui nos annua beati clementis martyris tui atque pontificis solennitate letificas: concede propicius/vt cui9 natalicia colimus: virtute quoque passionis imitemur. Per dominum. ¶ Memoria de sancta felicitate virgine. Oratio

Presta quesumus omnipotes deus: vt beate felicitatis martyris tue solennia recesentes: meritis ipsius protegamur et precibus. Per dnz. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad philippenses.

Fratres. Rogo vos charissimi et desideratissimi/gaudiu meum et corona mea: sic state in domino charissimi. Rogo euchodiam et syntichem deprecor: idipsum sapere in domino. Etiam rogo te germane compar: adiuua eos qui mecu laborauerunt in euangelio/cum clemente et ceteris adiutoribus meis. Quorum nomina sunt in libro vite. Grad. Iurauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos i eternum/secundum ordinem melchisedech. V9. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alla, v9. Iste sanctus digne in memoria vertitur hominu/ qui ad gaudia transijt angelorum. Sequetia. Organicis. In comuni. fo. xvi. Euangeliu. Homo quidam nobilis abijt in regionem. in comuni. fo. vi. Offerto. Inueni dauid seruum meum et in oleo sancto vnxi eum/ man9 enim mea auxiliabitur ei/et brachiu meu confortabit eum. Secreta. iiij. A

PRo passione beati clementis martyris tui atqʒ pontificis gratanter tibi domine munus offerimus: quia sicut eū sentimus in te viuere gloriosum/sic pro nobis in interuenire confidimus. Per dnm. ¶ Alia secreta de sancta felicitate.

MUnera tibi domine pro sancte felicitatis gloriosa solennitate deferimus obsecrātes: vt que nobis huius celebritatis effectum/ et confessione dedicauit & sanguine miserationis tue continuū imploret auxiliū. Per Cōio. Beat⁹ seru⁹ quem cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis/super oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Mat. xxiiij. D

PUrificent nos domine quesumus & diuini perceptio sacramenti: et gloriosa deprecatio beati clementis martyris tui atqʒ pontifi cis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. ¶ Alia post communio de sancta felicitate.

HEc domine sacramenta sumētes quesumus: vt intercedente beata felicitate martyre tua/vite eterne in nobis nutriant alimenta. Per dominū. ¶ Sancti chrysogoni martyris. Ad missam. Officium.

p. viii GLoria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuū tuarū ps. Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

ADesto dn̄e supplicationibus nr̄is: vt qui ex iniquitate nr̄a reos nos esse cognoscimus/beati chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per. Epla. Beat⁹ homo qui inuenit. in cōi. fo. x. Gr̄. Posuisti dn̄e super caput eius coronam de lapide precioso. V̄s⁹. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluya. V̄s⁹. Beatus vir qui suffert tentationem: q̄m cum probat⁹ fuerit/accipiet corona͂ vite. Euange. Qui vos audit. in communi. fo. iiij. Offr̄. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuū tuarum domine. Secreta.

MUnera nostra quesumus domine sereno vultu suscipe: vt intercedente beato chrysogono martyre tuo/criminum nostrorum cōtagia cūcta expurgēt. Per dn̄m. Cōio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcōio.

ANnue quesumus domine vt mysteriis tuis recreati/sancti quoqʒ chrysogoni martyris tui semper muniamur auxiliis. Per dn̄m nostrū iesū xp̄m filiū tuū. Qui tecū. ¶ Sancte katherine virginis et martyris. Ad missam. Officium.

ME expectauerunt peccatores vt perderēt me: testimonia tua dn̄e intellexi/oīs cōsummationis vidi finem latū mādatū tuum nimis. p̄s. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dn̄i. Or. p. lxx. viij.

OMnipotēs sempiterne de⁹ q̄ corpus gloriose virginis tue katherine in montem sinai ab angelis deferri iussisti: cōcede quesumus eius obtētu nos ad arcem virtutū prouehi: vbi visionis tue claritatē mereamur intueri. Per dn̄m nostrū iesū xp̄m. &c. Lectio libri sapientie.

COnfitebor tibi domine rex et collaudabo te deum saluatorem meū. Confitebor nomini tuo quoniā adiutor et protector factus es michi: et liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labiis operantium mendaciū. Et in conspectu astantium factus es michi adiutor: & liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui. A rugientibus preparatis ad escam: de manibus que: Eccle li. A

rentium animam meã/et de portis tribulationum que circundederunt me. A pressura flãme que circũdedit me:et in medio ignis nõ sũ estuata. De altitudine vẽtris inferi/et a lingua coinquinata:et a verbo mendacij. A rege iniquo:et a ligua iniusta. Laudabit usq ad mortẽ aia mea dñm:et vita mea appropinquãs erat i inferno deorsũ. Circũdederũt me vndiq et nõ erat q adiuuaret. Respiciẽs eram ad adiutoriũ hoim:et non erat. Memorata sum misericordie tue dñe et coopationis tue:q a sclo sunt. Qm eruis sustinẽtes te:et liberas eos de manu angustie/dñe de9 meus. Gr. Specie tua et pulchritudine tua:intẽde pspere pcede et regna. V Propter veritatẽ et mansuetudinẽ:et iustitiã:et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V9 Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum/et non confundebar dñe. Sequentia.

psal. cxviij.

O Das in hac die/letas christo canat omnis etas: corde voce fidibus. Omnem spectat ad etatem: katherine dignitatẽ cumulare laudibus. Hec est illa costi nata/cuius ortu decorata:gloriatur grecia. Hec est que mnam sibi datã/christo reddit decuplatã:oris eloquẽtia. Scholis vacãs artes discens/altiora cõcupiscens:studet euangelio. Duo legens testamenta/vite videt alimenta/christum in presepio. Cibo dulci refouetur/quo plus gustat plus augetur:sanctũ desiderium. Cibo conformatur illi / se configens cruci xpi:currit ad martyrium. Rex hinc terret hinc blanditur/hec nõ timet nec lenitur: prementis constantia. Hinc terrores vt famule hinc fauores et ancille: spernuntur vt vilia. Sapientes superãtur/credunt xpo flãmis dãtur:sed nec perit fimbria. Carceratur virgo cesa/visitat fit illesa superum presentia. Quam regina dum solatur/ad certamen inuitatur: fauet ouans coronatur/ certat die tertia. A columba dum cibatur virgo/rota fabricatur: orat nexus dissipatur / sternitur plebs impia. Tot triumphans in tormentis/ad superna cum ducentis: premittit porphiriũ. Impetrato quicquid orat/ferit lictor: lac irrorat ferientis gladium. Corpus celitus sublatum / est in sina tumulatum: tumba manat oleum. Signa signis illustratur/celũ sibi gratur:addi sydus aureũ. Virgo sydus honestatis dux et dec9 pbitatis:xpi reos maiestatis/xpo recõcilia. Vas virtutum via morum/flos odoris odor florũ: nos tuere/nos celorum transfer ad palatia. Secundum Matheum.

IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro:quẽ qui inuenit hõ abscõdit:et pre gaudio illius vadit et vẽdit vniuersa que habet/ et emit agrum illũ. Iterũ simile est regnum celorũ homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuẽta autẽ vna ptiosa margarita/abijt et vẽdidit oia que habuit/et emit eã. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cũ impleta esset educẽtes et sec9 litus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua/malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli:et separabũt malos de medio iustorum. Et mittent eos in caminum ignis:ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doct9 in regno celorũ: similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo/noua et vetera. Offertor. Filie regum in honore tuo:astitit re

xiij G

gina a dextris tuis in vestitu deau-
rato/circundata varietate. Secreta.
Suscipe quesumus dñe propiti⁹
oblationes tuorum fidelium/
quas tibi in honore sancte katheri-
ne virginis tue et martyris hodier-
na solennitate letanter offerimus:
sicq̄ nobis ipsa intercedēte per hoc
sacrificium placatus adesto: vt nos
et a periculis huius vite clementer
eripias/et a peccatis omnibus mi-
seratus absoluas. Per dominū no-
strū iesū xp̄m. Communio. Simile est
regnum celorū homini negociatori
querenti bonas margaritas/inuen-
ta vna p̄ciosa margarita/ dedit oīa
sua et comparauit eam. Postcõio.
Da quesumus domine per hec
sancta que sumpsimus popu
lo tuo salutem mentis et corporis:
et intercedente beata katherina vir
gine et martyre tua in cuius hono-
re letamur: perpetuis consolatio-
nibus tuorū reple corda fidelium:
vt diuina protectione releuati: ⁊ pia
tibi deuotione complaceant et tua
semper beneficia consequātur. Per
dominū nostrū. Sancti Lini pa-
pe et martyris. Officium.
Psal. cxxxi Sacerdotes tui domine
induant iusticiam: ⁊ san
cti tui exultent: propter
dauid seruū tuum non
auertas faciem christi
tui. ps. Memento domine dauid: et
omnis mā̄suetudinis ei⁹. Oratio.
Deus qui sāctam nobis huius
diei leticiam pro cōmemora-
tione beati lini martyris tui atq̄
pontificis fecisti/adesto familie tue
precibus: et da vt cuius hodie festa
celebramus/eius meritis et inter-
cessionibus adiuuemur. Per domi-
num nostrum. Epla. Omnis ponti-
fex. In communi. fol. vi. Gr. Inue
ni dauid seruū meum/oleo sancto
meo vnxi eum man⁹ enim mea au-
xiliabitur ei: et brachium meum cō-
fortabit eū. V. Nichil proficiet ini-
micus in eo: et filius iniquitatis nō
nocebit eum. Alleluya. V. Elegit te Eccle
dominus sibi i sacerdotem magnū
in populo suo. Euangelium. Homo
quidam nobilis abiit in regionem
longin. In cōmuni. fo. v. Offert.
Inueni dauid seruū meū/et in oleo
sancto vnxi eum: manus enim mea
auxiliabitur ei: et brachium meum
confortabit eum. Secreta.
Accende propitius quesumus
domine oblata tibi hec mune-
ra: et deprecatione beati lini marty-
ris tui atq̄ pontificis in cuius ea cō
memoratione deferimus: nosipsos
eademq̄ sanctifica. Per dominum
nostrum Jesum christum filiū tuū.
Qui tecū viuit ⁊ regnat. Communio.
Beatus seruus quem cum venerit Mat. xxiiij. D
dominus inuenerit vigilantē: amē
dico vobis/super omnia bona sua
constituet eum. Postcommunio.
Sumpsimus domine in sancti
lini martyris tui atq̄ pontifi
cis solennitate celestia sacramenta/
cuius suffragijs quesumus largia-
ris: vt quod temporaliter gerimus
eternis gaudijs consequamur. Per
dominū nostrum Jesum christum
filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ re-
gnat in vnitate spirit⁹ sancti deus.
Per omnia secula seculorū. Amen.

Explicit Sanctorale.

¶ Incipit cōmune sāctorum proprium non habentium.

¶ In vigilia vnius apostoli sine euangeliste. Officium.

ps.li. Ego autē sicut oliua fructificaui i domo dn̄i sperani i misericordia dei mei: & expectabo nomen tuū: qm̄ bonū est ante cōspectū sanctorum tuorum. ps. Quid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquitate. Oratio.

Quesumus oipotens deus: vt nostra deuotio que natalitis vel N. apli tui antecedit patrocinia nobis intercessione eius accumulet. Per do. Lectio libri sapiētie.

Eccl. xliiij D Benedictio domini sup caput iusti: ideo dedit illi hereditatem: & diuisit illi partē in tribubus duodecim: et inuenit gratiā in cōspectu omnis carnis. Et magnificauit eum in timore inimicorū: & in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit eū i cōspectu regū: & ostendit illi gloriā suā. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illū: et elegit eū ex oi carne. Et dedit illi cor ad pcepta/et legē vite et discipline: et excelsū fecit illū. Statuit ei testamentū eternū: & circūcinxit eum zona iustitie. Et induit eū dn̄s corona glorie ¶ Lectio libri sapientie.

puer. iii. B Beatus homo qui inuenit sapientiā: et q̄ affluit prudētia. Melior est acqsitio eius negociatione argēti & auri primi & purissimi fructus eius. Preciosior est cūctis opibus: et oia q̄ desiderātur huic non valēt cōparari. Lōgitudo dierū in dextera eius & i sinistra illius diuitie & gloria. Vie eius vie pulchre: & oēs semite illius pacifice. Lignum vite est his q̄ apprehenderint eā: et qui tenuerit eam beatus. Dominus sapientia fundauit terrā: stabiliuit celos prudētia. Sapiētia illius eruperūt abyssi: & nubes rore concrescunt. Grad. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dn̄i. ℣. Ad annunciandū mane miam tuā et veritatē tuam per noctē. Si dn̄ica fuerit dicatur vnum. Alleluya de cōmuni apostolorū. Quere in officio sequenti. ¶ Secundū Johannem.

Io. A In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera/& pater meus agricola est. Omnē palmitē in me non ferentē fructū: tollet eū. Et omnē qui fert fructū: purgabit eū: vt fructū plus afferat. Iā vos mūdi estis: propter sermonē quē locutus sū vobis. Manete in me/et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso/nisi manserit in vite: sic nec vos/nisi i me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet i me/& ego in eo: hic fert fructū multum: quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non mā- serit: mittet foras sicut palmes/et arescet: & colligent eū/et in ignem mittent et ardet. Si manseritis in me: et verba mea in vobis manserint: quodcunq3 volueritis petetis

xv. A 9 fiet vobis. ¶ Secundū Johānē.
IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis/ vos palmites. Qui manet in me/ et ego in eo: hic fert fructū multū: q2 sine me nichil potestis facere. Si qs in me nō mãserit: mittet foras sicut palmes/ 9 arescet/ 9 colligent eū 9 i ignē mittēt 9 ardet. Si mãseritis in me: 9 verba mea i vobis manserint: quodcunq3 volueritis
Psal. viij petetis: 9 fiet vobis. Offr Gloria 9 honore coronasti eū: 9 cōstituisti eū super opa manuū tuarū. Secr.
ACcepta sit tibi domine nostro deuotionis oblatio: et ad apostolicam puriores nos faciat venire festiuitatem. Per dominū.
Psal. xx. Prefatio quotidiana. Cōio Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam 9 magnum decorē impones super eum domine. Postcōio.
PResta nobis eterne largitor eius vbiq3 pia protegi oratione: cui9 natalicia per hec sancta que sumpsimus/ votiue pueni9 obsequio. Per dominum nostrū.
¶ In die vnius apostoli Officiū.
Psal. cxxx. viij MIchi autē nimis honorati sūt amici tui de9 nimis 9forat9 est principat9 eorū. In tempore paschali Alleluya. ps. Domine
Ibid. pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.
EXaudi dñe populū tuū cum sācti apl'i tui. M patrocinio supplicātē: vt tuo semper munit9: secura tibi possit deuotione seruire. Per dominū. ¶ Ad Ephesios.
ij. D FRatres. Iã non estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorum et domestici dei/ superedificati sup fūdamētū apostolo2/ 9 prophetarū: ipso sūmo angulari lapide xpo iesu. In quo ōis edificatio cōstructa: crescit in tēplū sanctū in dño. In quo 9vos coedificamini in tabernaculū dei: in spiritu sancto. ¶ Lectio actuū apostolo2
v. B IN diebus illis. Per manus apostolo2ū fiebant signa et pdigia multa i plebe: 9 erant vnanimiter oēs i porticu salomonis. Ceterorum autem nemo audebat cōiungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autē augebatur credētiū i dño multitudo virorū ac mulierū: ita vt i plateas eijcerēt ifirmos 9 ponerent i lectulis ac grabatis/ vt veniente petro saltē vmbra illius obumbraret quēq3 illo2ū/ et liberarent oēs ab ifirmitatibus suis. Concurrebat autē et multitudo vicinarū ciuitatū i hierusalem/ afferentes egros/ et vexatos a spiritibus immundis: qui
Psal. cxxxviij. curabantur omnes. Grad Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. V Dinumerabo eos: 9 super
ibidē arenam multiplicabuntur. Grad.
Psal. xviij. In omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. V9 Celi enarrant gloriam
ibidē dei: et opera manuū ei9 annūciat
Psal. xliiij. firmamētū. Gr Cōstitues eos principes sup oēm terrã: mēores erūt
ibidē nois tui dñe. V9 Pro patrib9 tuis nati sūt tibi filij: ppterea ppli confitebuntur tibi. Alla. V Nimis ho-
Psal. cxxxviij. norati sūt amici tui de9: nimis cōfortat9 est principatus eorū. Alla.
Psal. xviij. V In oēm terrã exiuit son9 eorū: et i fines orbis terre verba eorū. Alla. V Per man9 autē apl'o2 fiebãt signa 9 pdigia multa i plebe.
Actu. v. B Alla. V9 Nō vos me elegistis: sed
Johã. xv. C ego vos elegi: et posui vos vt eatis 9 fructū afferatis: 9 fructus vr maneat. Infra septuagesimã. Tr.
Psal. cxj. BEat9 vir qui timet dominū: i mãdatis eius cupit nimis.

Ibid. V. Potēs in terra erit semē ei⁹: generatio rectorū bñdicet. V. Gloria & diuitie i domo ei⁹/et iusticia eius manet i seculū seculi. Sequentia.

Clare sanctorum senatus apostolorum princeps orbis terrarum: rectorque regnorum. Ecclesiarum mores & vitā moderare. Qui per doctrinam tuam fideles sunt vbique. Antiochus & rem⁹/consedūt tibi petre regni solium. Tyrannidem tu paule alexandrinam/inuasisti greciam. Ethyopes horridos mathee agnelli vellere Qui macu las nesciat aliquas vestisti candido. Thoma/bartholomee/ Johannes/Philippe/Symon. Jacobique pariles andrea thadee dei. Bellatores inclyti. En vos oriens et occidens. Jmmo teres mundi circul⁹. Se patres habere gaudent et expectāt iudices. Et idcirco mund⁹ ois laudes vobis & honorem sctis debitū supplex ipēdit. Sequētia.

Alleluya nūc decantet vniuersalis ecclesia. Extollēdo laude celsa aplorum pconia. Quorū princeps p crucē scādit petr⁹ alta poli culmina. Doctor orbis trium phat sub nerone vrbe in romulea. Crux andree digna cōfert premia. Jacobus vterque nitet laurea. Egeas illū: hos iudaica gens trāmisit ad ethera. Sūt mattheo/sunt iohāni collata. Duo clara gratiarū munera. Hirtacus illū necat hūc suas iesus vocat ad epulas. Philippus christi gratia docens predicans in scithia. Thomas confossus lancea cursum consummat in india. Symon & iudas dū sacra psis ostendunt monita. Fusus sanguis ambos stola perlustrauit purpurea. Bartholomeus dat idis vite dogmata. Mathie culmen dedit sors aptica. Plaudā ego tellus plaudat celorū curia. Et hac die sacra plaudāt psens familia. Honoranda sacrosctā aplorū merita. Hi sunt cādelabra ante deū lucētia. Hi plati cessa summi regis in curia. Hi sal terre hi lux mūdi/hi clara celi lumina. Jā palma/iam corona: iam promissa olim mensa illis est apposita. O quanta q̄ pclara tā iocunda celebrant illorū solennia. Hio nostra sint solēnia. Sint vota/sint preconia. Sint grata laudum carmina. ¶ Secundum Johannē.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicē. Si mūdus vos odit/scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo nō estis: sed ego elegi vos de mūdo propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: non est seruus maior domino suo. Si me psecuti sūt: et vos persequentur. Si sermonē meū seruauerunt: vestrum seruabunt. Sed hec oia facient vobis propter nomē meū: quia nesciunt eū q̄ misit me. Si nō venissē et locutus fuissē eis: pctm̄ nō haberēt. Nunc autē & viderūt & oderūt & me et patrē meū. Sed vt adimpleatur sermo qui i lege eorum scripť⁹ est: quia odio habuerunt me gratis. Scdm mat. xv. C

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos sicut oues i medio luporum. Estote ergo prudētes sicut serpentes: & simplices sicut columbe. Cauete autē ab hoibus. Tradent eñi vos i cōsiliis: & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad psides & reges ducemini pter me in testimoniū illis & gētib⁹. Cū autē tradent vos nolite cogitare quō aut qd loquamini. Dabitur eñi vobis i illa hora qd loquamini. Non eñi vos x. B

estis qui loquimini: sed sp̄us pr̄is
vr̄i/ q̄ loquitur in vobis. Tradet autē
frater fratrē in mortē: & pr̄ filiū: et
in surgent filij i parentes/ & morte
eos afficient. Et eritis odio omni-
bus hominib⁹: propter nomē meū.
Qui autem perseuerauerit vsq; in
finem/ hic saluus erit.

Secundum Matheum.

xix. D In illo tempore. Dixit symon
petrus ad iesum. Ecce nos re
liquim⁹ oīa: & secuti sum⁹ te. Quid
ergo erit nobis. Jesus aūt dixit il-
lis. Amē dico vobis: q̄ vos q̄ secu-
ti estis me: in generatione/ cū sede-
rit fili⁹ hois in sede maiestatis sue:
sedebitis & vos super sedes duode
cim/ iudicātes duodecim tribus is-
rael. Et ois qui reliq̄rit domū/ vel
fratres/ aut sorores/ aut patrē/ aut
matrem/ aut vxorē/ aut filios/ aut
agros ꝓpter nomen meū: centuplū
accipiet: et vitam eternam posside-
bit. Secundum Matheum.

xvi. b In illo tempore Venit iesus i
partes cesaree philippi: & in-
terrogabat discipulos suos dicēs.
Quē dicunt hoies esse filium hois.
At illi dixerūt. Alij iohannē bapti-
stā: alij autē helyā: alij vero hiere-
miā: aut vnū ex ꝓphetis. Dixit il-
lis iesus. Vos aūt quē me esse dici-
tis. Respōdēs autē symon petrus:
dixit. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Re-
spōdēs aūt: iес⁹ dixit ei. Beatus es
symon bariona: q: caro & sanguis
nō reuelauit tibi: sed pater meus q̄
in celis est. Et ego dico tibi: quia tu
es petrus: & sup hanc petram edi-
ficabo ecclesiam meam. Et porte
inferi non preualebunt aduersus
eam. Et tibi dabo claues regni ce-
lorum. Et quodcunq; ligaueris su-
per terram: erit ligatum & in celis.
Et quodcunq; solueris super terrā
erit solutum et in celis.

Secundum Lucam.

In illo tp̄e. Facta est conten- xi. C
tio inter discipulos iesu: quis
eorū videret esse maior. Dixit au-
tē eis. Reges gentiū dominant eo-
rū: & q̄ potestatē habent sup eos: bn̄
fici vocant. Vos autē non sic. Sed
qui maior est in vobis: fiat sicut mi-
nior. Et q̄ precessor est/ sicut mini-
strator. Nā q̄s maior est: q̄ recum-
bit an q̄ ministrat? Nonne q̄ recum
bit? Ego autem in medio vestrū sū:
sicut q̄ ministrat. Vos autem estis
q̄ ꝑmansistis mecū i tentationibus
meis. Et ego dispono vobis sicut
disposuit michi pr̄ meus regnū: vt
edatis & bibatis sup mēsam meam
i regno meo: & sedeatis super thro-
nos: iudicātes duodeci tribus isrl̄.

Offr. In omnē terrā exiuit sonus Psal. xviii.
eorū: & in fines orbis terre verba
eorū. Offr. Constitues eos princi- Psal. xliiii.
pes sup oēm terrā: memores erunt
nois tui in omi ꝓgenie et gn̄atione
Offr. Michi autem nimis honori- Psal. cxxxviii.
ficati sūt amici tui de⁹: nimis con-
fortat⁹ est ꝑncipat⁹ eorū. In tem-
pore paschali. Alleluya. Secreta.

Beati apl̄i tui N. domine solē
nia recēsentes q̄s: vt eius au
xilio tua beneficia capiamus: pro
quo tibi hostias laudis offerimus.
Per dn̄m. Prefatio. Et te domine.
Cōio. Vos qui secuti estis me: sede- Mat. xix. D
bitis sup sedes iudicantes duode-
cim tribus israel: dicit dn̄s. In tē-
pore paschali. Alla alla. Postcōio.

Vere nos misericors de⁹ per
hec sancta que sumpsimus: &
beati apostoli tui N. cuius natali-
cia celebramus: semper guberna
presidijs. Per dominū. In nata
li vnius euangeliste. Officium.

Os iusti meditabitur sa- Psal. xxxvi
pientiam/ & lingua ei⁹ lo
quetur iudicium: lex dei
eius in corde ipsius. ps.
Noli emulari in mali-

gnantibus: neque zelaueris facien-
tes iniquitatem. Oratio.

Interueniat pro nobis domine quesumus sanctus tuus N. euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore: pro tui nominis honore portauit. Per do. Lectio ezechielis prophete.

i.C Similitudo vultus quatuor animalium facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor. Facies autem bouis: a sinistris ipsorum quattuor. Et facies aquile: desuper ipsorum quattuor Et facies eorum et penne eorum extente desuper. Due penne singulorum iungebantur: et due tegebant corpora eorum. Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur et non reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium: et quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrens in medio animalium. Splendor ignis: et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant et reuertebantur in similitudinem fulguris

Psal. xxxvi coruscantis. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius: loquetur iudicium. V. Lex dei eius de ipsius et non supplantabuntur gressus eius. Alleluya. V. Primus ad sion dicet ecce assum: et hierusalem euangelistam dabo. Sequentia.

Laus deuota mente choro concinente christo sit cum gloria. Qui euangelistas veri dogmati stas insigniuit gratia. Quique suo more lucem ex fulgore: dat per orbis climata. Tales deus elegit per quos iam subegit hereses et scismata. Hi bis bini fontes valles atque montes: irrigantes flumine. Orti paradiso mundum diuiso: illustrantes famine. Illos per his bina visio diuina signat animalia. A quibusdam visa formis tunc diuisa gestu sed equalia. Pennis decorata terris eleuata cum rotis euntia. Facie serena oculorum plena verbi dei nuncia. In his possunt terni annuli quaterni quibus archa vehitur Quorum dogma sanum per samaritanum circunquaque fertur. Tali quasi plaustro mulier ab austro salomonem adiit. In hac ceu quadriga agnus est auriga pro nobis obiit. Istis in bis binis caput est et finis christus complens omnia. Horum documentis horum instrumentis flores stat ecclesia. Horum nos precatu mortis a reatu soluat christi gratia. Horum vt doctrina virtus nos diuina ducat ad celestia. Secundum Lucam.

In illo tempore. Designauit domi- x.A
nus et alios septuaginta duos et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis: vt mittat operarios in messem suam. Ite Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculum: neque peram/neque calciamenta: et neminem per viam salutaueritis. In quamcunque domum intraueritis/primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis/requiescet super illum pax vestra. Sinautem/
ad vos reuertetur. In eadem au- x. B
tem domo manete/edentes et bibentes: que apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Credo.
In tempore paschali. Euangel. Ego Psal.
sum vitis ve. vt sup fo.i. Offer. Po- xx.
suisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petiit a te et tribuisti ei alleluia. Et finiatur cum alleluia. quocunque dicitur extra septuagesimam. Secr.

Donis celestibus da nobis quesumus domine libera mente seruire/vt munera que deferimus: interueniente beato N. euangelista: et medici-

uam nobis operentur/et veniam. Per. Prefacio. Et te dñe. Non dicitur in hac prefa Per beatos euangelistas. sed Per beatos apostolos

Psal. xx. Cōio. Magna est gloria eius i salutari tuo: gloriam et magnum decorē iponēs sup eū dñe. Postcōio.

Praesta q̄s ops deus/vt id qd de sctō altari pcepimus: pcibus beati euāgeliste tui N. saluificet aias nr̄as per qd semper tuti esse possumus. Per. ¶ In natali vnius martyris. Officium.

Psal. xci. Iustus vt palma florebit sicut cedr⁹ libani multiplicabitur: plantatus in domo domini in

ibidē atrijs dom⁹ dei nr̄i. ps. Bonum est cōfiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Aliud offm̄.

Psal. xxxvi. Iust⁹ non cōturbabit: q2 dñs firmat manum eius tota die miseret et cōmodat: et semē eius in benedictione erit in eternū conser

Psal. xxxvi uabitur. ps. Noli emulari in malignantibus: neq3 zelaueris faciētes iniquitatem. Aliud officium

ps. viii Gloria et honore coronasti eū et constituisti eū super opera

ibidē manuum tuarum. ps. Domine dñs noster: quā admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Aliud offm̄.

ps. xx. In virtute tua dñe letabit iust⁹: et sup salutare tuū exultabit vehemēter: desideriū aie ei⁹ tri

ibidē buisti ei. ps. Qm̄ preuenisti eū i benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronam de lapide precioso. Aliud officium.

Psal. lxiii. Letabitur iust⁹ i dño et sperabit i eo: et laudabuntur oēs recti corde. In tpe paschali. alla

Ibid. alla. ps. Exaudi de⁹ orōnē meam cū deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Aliud officium.

Protexisti me deus a Psal. lxiii.
pruentu malignātiū alla: a multitudine operātium
iniquitatē alla alla. ps. Exau ibidē
di de⁹ orōnē meā cū depcor: a timore mei eripe animam meam. Orō.

Adesto dñe supplicationibus nr̄is: et intercessione bti N. martyris tui ppetuā nobis mi am benignus impende. Per dominū.

¶ Lectō libri sapiētie. Ecclesiastici. xiiii. D

Beatus vir q̄ i sapiētia morabit: et q̄ i iusticia meditabitur et i sēsu cogitabit circūspectionem dei. Cibabit illū pane vite et itellect⁹: et aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabitur i illo et nō flectetur: et cōtinebit illū/et nō cōfūdetur et exaltabit illū apud proximos suos. Et noie eterno hereditabit illū dñs de⁹ nr̄. Ad ephesios. i. A

Fratres. Bñdict⁹ deus et pat dñi nr̄i iesu xp̄i: qui bñdixit nos in oi bñdictiōe spūali in celestibus in xp̄o: sicut elegit nos in ipso ante mūdi cōstitutionē: vt essemus sctī et imaculati i cōspectu eius in charitate. Qui pdestinauit nos in adoptionē filior: p iesū xp̄z i ipm/ scdz ppositū volūtatis sue i laudē glorie grē sue: in qua gratificauit nos i dilecto filio suo. In quo habem⁹ redēptionē p sāguinē ei⁹ remissionē pctōz/ū: scdz diuitias gratie sue/que supabūdauit in nobis. Eccl. xxxi. B
Per iesū xp̄z dñz. Lectō libri sapiē.

Beat⁹ vir q̄ inuēt⁹ est sine macula: et q̄ post aurū nō abijt nec sperauit in thesauris pecunie. Quis est hic et laudabim⁹ eū? Fecit enim mirabilia i vita sua. Qui pbatus est i illo: et pfect⁹ inuēt⁹ est: et erit illi gl̄ia eterna. Qui potuit trāsgredi et nō est trāgress⁹: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sūt bona illi⁹ in dño: et elemosinas

illius enarrabit omnis ecclesia sā
ctorum. ¶ Ad tymotheum.
xxiiii A C Arissime Testificor corā deo
et iesu christo: qui iudicatu-
rus est viuos & mortuos: & p aduē
tū ipsius & regnum eius. Predica
verbum: insta oportune importu-
ne. Argue/obsecra/increpa in om
ni patientia & doctrina. Erit enim
tempus cum sanam doctrinam
nō sustinebūt: sed ad sua desideria
coacervabūt sibi magrōs prurien-
tes auribꝰ. Et a veritate qdē auditū
avertēt/ad fabulas autē ꝯuertent
Tu vero vigila/i oībꝰ labora/opꝰ
fac euāgeliste: ministeriū tuū iple:
sobriꝰ esto. Ego eni iā delibor: & tē
pus mee resolutionis instat. Bonū
certamē certaui: cursū cōsūmaui:
fidē seruaui. De reliquo reposita
est michi corona iustitie/quam red
det michi dn̄s i illa die iustꝰ iudex
Non solū autē michi: sed & his q̄ di-
ligunt aduētū eius. Ad thimotheū
xxii. A C Arissime nemo militans deo
implicat se negocijs secularibus
vt ei placeat cui se ꝓbauit. Nam &
qui certat in agone nō coronabit:
nisi legitime certauerit. Laboran-
tem agricolam: oportet primū de
fructibus percipere. Intellege que
dico: dabit enim tibi dn̄s in oībus
intellectum. Memor esto igitur/
iesum christū resurrexisse a mor-
tuis ex semine dauid: secundū euā
gelium meum/in quo laboro vsq
ad vincula: quasi male operans:
sed verbum dei non est alligatum.
Ideo oīa sustineo ꝓpter electos vt
et ipsi salutē ꝯsequātur: q̄ est i xpo
iesu cū gloria celesti. Ad galatas.
v. B F Ratres. Cōfido in vobis in
dn̄o: ꝗ nichil aliud sapietis
Qui aūt cōturbat vos: portabit iu
diciū/qcunqz est ille. Ego aūt fra-
tres si circuncisionē adhuc p̄dico:
qd adhuc p̄secutionē patior? Ergo
euacuatum est scandalum crucis.
Vtinā & abscidant q̄ vos ꝯturbāt.
Quicūqz eni volunt placere in car-
ne: hi cogūt vos circūcidi: tāeū vt
crucis xp̄i p̄secutionē nō patiant.
Neqz eni q̄ circuncidunt legē custo
diūt: sed volūt vos circūcidi: vt in
carne vr̄a glorientur. Michi aūt ab
sit gloriari/nisi in cruce dn̄i nr̄i ie
su xp̄i. Per quē michi mūdꝰ cruci-
fixus est & ego mūdo. ℟. Posuisti ps.xx
dn̄e super caput eius: coronam de
lapide p̄cioso. ℣. Desideriū anime
eius tribuisti ei: & voluntate labio
rum eius non fraudasti eum. ℟.
Beatus vir qui timet dominū: in p̄.cxi.
mandatis eius cupit nimis. ℣. Po
tens in terra erit semen eiꝰ: genera Psal.
tio rectorū benedicetur. ℟. Iustꝰ xxxvi
nō cōturbabit: qr dn̄s firmat ma-
nū eiꝰ. ℣. Tota die miseret & cōmo
dat: & semen eius in bn̄dictiōe erit.
℟. Iustꝰ vt palma florebit: sicut p̄.xci.
cedrus libani multiplicabit in do-
mo dn̄i. ℣. Ad annūciandum mane
miam tuā: & veritatē tuā p noctē.
Alla. ℣. Posuisti dn̄e super caput ps.xx
eiꝰ: coronā de lapide p̄cioso. Alla.
℣. Letabit iustꝰ in dn̄o & sparabit in Psal.
eo: & laudabuntur oēs recti corde. lxiii.
Alla. ℣. Btūs vir q̄ suffert tenta- p̄.xc.
tionē: qm̄ cū ꝓbatꝰ fuerit: accipiet
coronā vite. Alla. ℣. Btūs vir q̄ ti
met dn̄z i mādatis eiꝰ cupit nimis
Alla. ℣. Gl̄ia et honore coronasti p̄.viii
eū dn̄e: & cōstituisti eū sup opa ma
nuū tuarū. Alla. ℣. Iustꝰ nō ꝯtur-
babit qr dn̄s firmat manū eiꝰ. Seq
O Rganicis canamꝰ modulis
nūc M. solennia. Omnigenis
dn̄o vocibꝰ reddētes odas debitas
Qui in suis sctis mirabilis nimis
multiplici virtutū flore eosdē deco
rat ac mirifice adornat. Nā & in ip
sis quasi i qbusdā musicis istrumē
tis digito ꝓprio fides agitat fides
ꝯcentū sonora. Has numerose pcur

rēs singulas. Permiscet singulis
dyatesseron mellifluā melodiā: quē
generat virtutū mat illa. Que aliis
decenter cōposita reddit suauē sim
phoniam. Qua sine cuncta. Fiunt
dissona. Necnō et friuola. Qua cū
oīa. Fiūt zlona. Necnō vtilia. Oz
iusti bene. Morati rite. Petentes
excelsa poli sydera. Alacres decā-
tāt noua cātica in cythara traicta.
Quorū agētes festa consortia me-
reamur in celesti patria. Tractus.
ps xx
Desideriū aīe eius tribuisti
ei: et voluntate labiorum ei9
non fraudasti eum. V9. Quoniam
preuenisti eum in benedictionem
dulcedinis. V9. Posuisti super ca-
put eius coronam de lapide pre-
cioso. ¶ Secundum Johannem.
xii. D
In illo tpe: Dixit iesus disci-
pulis suis. Amen amen dico
vobis: nisi granū frumēti cadēs i
terrā mortuū fuerit, multū fructū
affert. Qui amat animā suā perdet
eam. Et qui odit animā suā in hoc
mundo: i vitam eternam custodit
eā. Si quis michi ministrat me se
quat. Et vbi sū ego: illic et minister
meus erit. Si qs michi ministraue
rit: honorificabit eū pater meus: q
est in celis. ¶ Secundum Lucam.
x. L.
In illo tpe Dixit Jes9 discipu
lis suis. Qui vos audit me
audit. Et qui vos spernit: me spnit
Qui aūt me spernit: spnit eū q me
misit. Reuersi sunt aūt septuaginta
duo cū gaudio: dicentes. Dñe etiā
demonia subiiciuntur nobis in noie
tuo. Et ait illis. Videbā sathanā/
sicut fulgur de celo cadētē. Ecce de
di vobis potestatē calcandi supra
serpētes et scorpiones: et supra oēz
virtutē inimici: et nichil vobis noce
bit. Verūtamē i hoc nolite gaude
re: quia spirit9 vobis subiiciuntur.
Gaudete autē: qz noia vra scripta
sunt in celis. ¶ Scdm Matheum.

ipsū solū manet: si autem mortuum fuerit

In illo tpe Dixit iesus disci- xvi. D
pulis suis Si quis vult post
me venire: abneget semetipsum: et
tollat crucē suā/ et sequat me. Qui
eni voluerit aīaz suā saluā facere:
pdet eā. Qui autē perdiderit aīam
suā pp me: inueniet eā. Quid eni
pdest hoī si vniuersū mūdū lucret
aīe vero sue detrimētū patiat. Aut
quā dabit homo cōmutationē pro
aīa sua. Fili9 eni hoīs/ venturus est
in gl'ia patris sui cū angelis suis:
et tunc reddet vnicuiqz scdm opera
ei9. Amen dico vobis: sunt quidā
de hic stātibus: q nō gustabūt mor
tem: donec videant filiū hominis:
venientē in regno suo. Scdm Lucā
In illo tpe. Dixit iesus disci- x. D
pulis suis. Si quis venit ad
me: et nō odit patrē suū et matrē et
vxorē/ et filios/ et fratres et sorores
adhuc aūt et aīaz suā nō potest me9
esse discipul9. Et q nō baiulat cru-
cē suam et venit post me: non potest
me9 esse discipul9. Quis eni ex vo
bis volens turrī edificare: nonne
prius sedēs cōputat sumptus qui
necessarii sunt: si habeat ad perfi-
ciendū: ne posteaqz posuerit fun-
damētum/ et non potuerit perfice-
re: oēs q viderint/ incipiant illude
re ei dicētes/ qz hic homo cepit edi
ficare et non potuit cōsummare?
Aut qs rex itur9 cōmittere bellum
aduers9 aliū regē: nōne pri9 sedēs
cogitat/ si possit cū decē milib9 oc-
currere ei: q cū viginti milib9 venit
ad se? Alioqui adhuc illo lōge agen
te legationē mittēs/ rogat ea q pa
cis sūt. Sic ergo ois ex vobis qnō
renūciat oib9 q possidet nō potest
me9 esse discipul9. Scdm matheū.
In illo tpe. Dixit iesus disci- xiiii. F
pulis suis. Nichil opertum qd
nō reueletur: et occultū qd non sciat.
Qd dico vobis i tenebris: dicite in
lumine: et qd in aure auditis pdica

te super tecta. Et nolite timere eos q̄ occidūt corpus: aiam aūt nō possūt occidere. Sed potiꝰ eū timete q̄ potest ⁊ aiam ⁊ corpꝰ ꝑdere i gehē nā. None duo passeres asse veneūt et vnus ex illis nō cadet super terram sine patre vestro. Vestri autē capilli capitis: oēs numerati sunt Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo: qui est in celis.

¶ In tpe pasc. Euāg. Ego sum vitis vera. vts fo. i. Offr. In virtute
psal. xx tua dn̄e letabitur iustꝰ: ⁊ sup salutare tuū exultabit vehementer: desideriū aie eiꝰ tribuisti ei. ¶ In tpe paschali. Alla alla. Offr. Po-
Eod. suisti dn̄e i capite eiꝰ coronā de lapide precioso vitā peciit a te/⁊ tribuisti ei alla. Et finiat cū all. quādocūqꝫ dicit nisi infra septuagesimā
psal. xci Offr. Justꝰ vt palma florebit: sicut cedrus que i libano est m ultiplicabitur. In tpe paschali Alla. Offr.
psal. lxxxviij. Cōfitebunt celi mirabilia tua dn̄e: et veritatē tuā i ecclia sāctorū alleluya alla. Offr. Gloria et honore
psal. viij coronasti eū: ⁊ constituisti eū super opera manuū tuarū dn̄e. Secreta.

Prosencia munera dn̄e q̄s serena pietate intuere: vt sctī spūs perfūdātur bn̄dictione: quatenus illā validiꝰ in nr̄is cordibꝰ dilectionē ifundant: ꝑ quā sctūs N. martyr tuꝰ oia corporis tormēta deuicit. Per dn̄z. In vnitate eiusdē. Cōio. Qui vult venire post me
Mat. xvi. d abneget semetipsū: ⁊ tollat crucem suā et sequat me. Cōio Qui michi
Joh. xii. d ministrat me sequat: ⁊ vbi ego sū illic ⁊ minister meꝰ erit. Cōio. Po-
psal. xx. suisti dn̄e i capite eiꝰ: coronā de lapide ꝑcioso. In tpe pasc. Alla alla
psal. lxiiii. Cōio. Letabit iustꝰ i dn̄o ⁊ spabit i eo: ⁊ laudabūtur oēs recti corde

In tpe pasca. Alla alla Cōio. Ego sū vitis vera ⁊ vos palmites: q̄ ma- xv. A
net in me ⁊ ego i eo: hic fert fructū multū alla alla. Cōio. Magna est ps. xx
gl̄ia eiꝰ i salutari tuo: gloriā ⁊ magnū decorē ipones sup eū dn̄e. Pc.

Quos refecisti dn̄e celesti misterio ab oibus q̄s ꝓpiciatus absolue delictis: ⁊ intercedēte btō N. martyre tuo: diuino munere purificatis mentibꝰ ꝑfruamur. Per.

¶ In natali vnius martyris ⁊ pōtificis. Ad missam. Officium.

Gloria et honore coronasti eum ⁊ constitui- p. viii
sti eum super opera ma- ibidē
nū tuarū. ps Dn̄e dn̄s noster q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Orō.

Deꝰ q̄ sāctā nobis huiꝰ diei leticiā ꝑ cōmemorationē btī martyris tui N. atqꝫ pōtificis fecisti/adesto familie tue precibꝰ/⁊ da vt cuius hodie festa celebramꝰ: eiꝰ meritis et intercessionibus adiuuemur. Per. ¶ Ad Hebreos.

Fratres. Ois pontifex ex hoi- v. A
bꝰ assūptꝰ ꝑ hoibus cōstituit i his q̄ sūt ad deū: vt afferat dona ⁊ sacrificia ꝓ peccatis. Qui condolere possit his q̄ ignorant et errāt: quoniā ⁊ ipse circūdatꝰ est ifirmitate. Et ꝓpterea debet queadmodū ⁊ ꝓ ppło ita etiā et ꝓ semetipso offerre pro pctīs. Nec quisq̄ sumit sibi honorē: sed q̄ vocat a deo tāq̄ aarō/queadmodū scriptū est. Tu es sacerdos in eternū: secundū ordinē melchisedech. Ad hebreos.

Fratres. Doctrinis variis ⁊ xiij. b
peregrinis nolite abduci. Optimum est eñ gr̄a stabilire cornō escis q̄ nō ꝓfuerūt ambulātibꝰ i eis. Habemꝰ altare: de quo edere nō habet potestatē: q̄ tabernaculo deseruiunt. Quorum eñ animaliū ifert sāguis ꝓ pctō i sctā ꝑ pōtifi-

te: horū corpora cremantur extra castra. Propter qd̄ et iesus vt sanctificaret per suū sanguinē pplm: extra portā passus est. Exeamus igitur ad eū extra castra: improperiū eius portātes. Nō enim habemus hic manentē ciuitatē: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semper deo/ id est fructū labiorū confitentium nomini ei9. Beneficentie autem et cōmunionis nolite obliuisci. Talib9 eīm hostiis pmeret deus. Gr. Po-
Ps. xx suisti dn̄e sup caput ei9 coronā de
Eodē lapide pcioso. ℣ Desideriū aīe ei9 tribuisti ei: & volūtate labiorū ei9
Eodē nō fraudasti eū. Al. ℣ Posuisti dn̄e sup caput ei9 coronā de lapide precioso. Sequn. Organicis. vts. f. iiii. vel Desideriū aīe. f eod. S. matheū.

fx. & x. D. In illo tpe. Circuibat iesus ciuitates oēs et castella: docēs i synagogis eo⁊: & pdicās euāgeliū regni: curās oēm languorē: et omnē ifirmitatē. Uidens autem turbas: misertus est eis: q⁊ erāt vexati & iacētes sicut oues nō habētes pastorē. Tunc dixit discipulis suis. Messis qdē multa oparij autem pauci. Rogate ergo dn̄m messis: vt mittat operarios i messē suā. Eūtes autē pdicate dicentes: q⁊ appropinquabit regnū celo⁊. Infirmos curate/ mortuos suscitate: leprosos mundate: demones eiicite. Gratis accepistis: gratis date. Ecce ego mitto vos sicut oues i medio lupo⁊. Estote ergo prudētes sicut serpētes: & simplices sicut columbe. ¶ Sequns euangel. d⁊ in fest. cuiuslib⁊ pōtif. exultātis siue martyris/ siue cōfessoris. Scd̄m Lucā.

xix. C In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Homo qdā nobilis abijt in regionē lōginquā accipe sibi regnum & reuerti. Uocatis autē decē seruis suis: dedit illis decem mnas. & ait ad illos. Negociamini dum venio. Ciues aūt ei9 oderant illū: & miserūt legationem post illū: dicentes. Nolumus hūc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno et iussit vocari seruos quibus dederat pecuniam: vt sciret quantum quisq̄ negociatus esset. Uenit autem primus dicens. Domine/ mna tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone et fidelis: q⁊ in modico fuisti fidelis: eris potestatē habens super decē ciuitates. Et alt venit dicēs. Dn̄e/ mna tua fecit quinq̄ mnas. Et huic ait. Et tu esto super qnq̄ ciuitates. Et alter venit dicens. Dn̄e: ecce mna tua quā habui repositā in sudario. Timui enim te: quia homo auster9 es tollis quod non posuisti/ & metis qd̄ nō seminasti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico: serue nequā. Sciebas q⁊ ego homo austerus sum: tollens quod nō posui/ & metēs quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniā meam ad mensam: vt & ego veniens cum vsuris vtiq̄ exegissem illam. Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam: et date illi qui decem mnas habet. Et dixerūt ei. Dn̄e habet decem mnas. Dico autē vobis: q⁊ oi habēti dabitur: & abūdabit. Ab eo autē q̄ non habet: et qd̄ habet auferetur ab eo. Uerūtamē inimicos meos: illos q̄ nolūt me regnare sup se: adducite huc & interficite ante me. Et his dictis/ precedebat ascendēs hierosolimā. ¶ In tpe paschali. Euangelium. Ego sū vitis. vt supra. fo. j. Offr.
Posuisti dn̄e i capite eius/ coronā Psal.
de lapide precioso: vitā petijt a te xx.
et tribuisti ei alla. In septuagesima non addat. Alleluya. Secreta.

Attende ppitius q̄s dn̄e oblata tibi hec munera: et depre-

catione beati N. martyris tui atque pontificis/in cuius ea cõmemoratione deferimus: nosipsos eadẽque sanctifica. Per dñz. Coio. Posuisti
psal. xx. domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcõio.
Sumpsimus dñe in sãcti martyris tui atque põtificis N. solennitate celestia sacramenta: cuius suffragiis q̃sumus largiaris vt qđ temporaliter gerimus/eternis gaudijs consequamur. Per dñz. ¶ In natali plurimorum martyrum. Officiũ.
psal. lxx. viij Intret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: vindica sanguinẽ sctõrum tuorum q̃ effusus
Eodẽ est. In tpe pasch. alla alla. ps Deus venerũt gẽtes i hereditatẽ tuã polluerũt tẽplũ sctm tuũ posuerũt hierusalẽ i pomorum custodiã. Aliđ offm
psal. xliii. Timete dñm oẽs sãcti eius/qm̃ nichil deest timẽtibus eum. diuites eguerũt et esurierũt/inquirẽtes autẽ dñm nõ
ibidẽ deficiẽt oi bono. ps Bñdicã dñm i oi tpe:sẽp laus eius i ore meo. Offm
psal. lxvii. Iusti epulẽtur et exultẽt i cõspectu dei:et delectẽtur i leticia. ps Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius:et fugiãt q̃ oderunt eũ a facie eius. ¶ Aliud Officium.
Eccl. xliiii. C Sapiẽtiã sctõrũ narrẽt populi/et laudẽ eorum nũciat ecclesia:noia aũt eorũ viuẽt i sclm scli. In tpe pasc. Alla alla. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Aliđ offm
psal. xxxvi Salus autẽ iustorum a dño et ptector eorũ est i tempore tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus:neque zelaueris facientes iniquitatem. Aliud officium.
Sancti tui dñe benedicent te:gloriam regni tui dicent alleluya. ps. Psal. cxliiij
Exaltabo te deus meus rex:et benedicam nomini tuo in seculum et in seculũ scli. Ibiđ.
¶ Oratio sctorũ martyrum nõ põtificũ. Or
Omnipotẽs sempiterne deus: da nobis sctõrum martyrum tuorum N. et N. ita digna merita venerari:quatenus et ab instantibus liberemur periculis/et digni efficiamur gaudijs sempiternis. Per dñm.
¶ Plurimorum martyrũ põtifi. or.
Omnipotens sempiterne deus/ qui in sanctorũ martyrũ tuorum atque põtificum N. et N. cordibus flãmam tue dilectionis accendisti:da mentibus nostris eandẽ fidei charitatisque virtutem:vt quorum gaudemus triumphis/proficiamur exemplis. Per dñm. Ad hebreos. xi. F.
Fratres:Sancti p fidem vicerũt regna:operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones. Obturauerũt ora leonũ : extinxerũt impetũ ignis:effugauerũt aciẽ gladij:cõualuerũt de infirmitate/fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum:acceperunt mulieres/de resurrectiõe mortuos suos. Alij autẽ distenti sunt: nõ suscipientes redẽptionẽ vt meliorẽ inuenirẽt resurrectionem. Alij vero ludibria et verbera experti: insuper et vincula et carceres. Lapidati sũt secti sunt/tẽtati sunt/in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis:in pellibus caprinis:egẽtes/angustiati/ afflicti/ qb9 dignus nõ erat mũdus. In solitudinibus errãtes:et in mõtibus/et in speluncis/et in cauernis terre. Et hi oẽs:testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo iesu dño nostro.
Lectio libri sapientie.

Iustorum aie in manu dei sunt: et nō tāget illos tormentum malicie. Uisi sūt oculis insipientiū mori: et estimata est afflictio exit⁹ illorū. Et qd a nobis est iter extermini: illi autem sunt in pace. Et si corā hominib⁹ tormēta passi sunt spes illorū imortalitate plena est. In paucis vexati/in multis bene disponētur qm: de⁹ tēptauit eos/ et inuenit illos dignos se. Tanq̄ aurū in fornace/pbauit illos: et quasi olocausti hostiā/accepit illos: et in tēpore erit respectus illorū. Fulgebūt iusti: & tanq̄ scintille in arūdineto discurrēt. Iudicabūt natiōnes: et dominabuntur populis. Et regnabit dñs illorū: in perpetuū.

v.C Lectio libri sapientie.

Iusti autem in ppetuū viuēt: & apud dñm est merces eorū et cogitatio illorum apud altissimū. Ideo accipiēt regnū decoris: et diadema speciei de manu dñi. Quoniā dextera sua / teget eos: et in brachio scto suo/defendet illos Accipiet armaturā zeli illi⁹ /et armabit creaturā ad vltionē inimicorū. Induet p thorace iusticiam: et accipiet p galea iudiciū certum. Sumet scutū inexpugnabile equitatem: ibūt directe promissiones. Et ad certum locum deducet illos dñs deus noster. Ad hebreos.

xx.F Fratres. Rememoramini pristinos dies: i quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Et in altero quidē opprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conuersantium effecti. Nam et vinctis cōpassi estis: & rapinam bonorum vestrorū cū gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorem & manētem substātiā. Nolite itaq̄ amittere ꝯfidētiam vestrā: q̄ magnā habet remunerationē. Patientia eñ vobis necessaria est: vt voluntatē dei facientes reportētis pmissionē. Adhuc enī modicū aliquātulūq̄ q̄ ventur⁹ est veniet: & nō tardabit. Iust⁹ autē me⁹ ex fide viuit. Ad corinthios

Fratres spectaculum facti sumus huic mundo: & angelis xiiii. B et hominibus. Nos stulti propter christum: vos autem prudentes i christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Uos nobiles: nos autem ignobiles. Usq̄ in hanc horam et esurimus/et sitimus: et nudi sum⁹/& colaphis cedimur: et instabiles sumus & laboram⁹/opātes manib⁹ nrīs. Maledicimur/et bñdicim⁹. Persecutionē patimur & sustinem⁹. Blasphemamur/& obsecram⁹. Tāq̄ purgamēta hui⁹ mundi facti sumus oim/pipsima vsq̄ adhuc. Nō vt ꝯfūdā vos hec scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. In xpo. Lectō libri sapientie.

Lingua sapiētū ornat sciētiā: os fatuorum ebullit stultitiā. In oi loco oculi dñi contēplātur bonos & malos. Lingua placabilis lignū vite: que autē immoderata est/cōteret spm. Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impii cōturbatio. Labia sapientiū disseminabunt scientiam: cor stultorū dissimile erit. Uictime ipiorū abominabiles dño/vota iustorum placabilia. Qui sequit iusticiā: diligitur a dño. Lectō libri sapientie. Puer. A

Reddet deus mercedē laborū sanctorū suorum: & deducet eos in via mirabili. Et fuit illis in velamēto: diei: & i luce stellarū nocte. Transtulit illos per mare rubrum & transuexit illos per aquā nimiam. Inimicos autē illorū demersit i mare: & ab altitudine inferorū deduxit illos. Ideo iusti tulerūt spolia impiorū: & decātauerunt xx. D

dñe nomen sanctũ tuũ. Et victricẽ manum tuam laudauerũt pariter: dñe de⁹ noster. Lectõ libri sapiẽtie.

Eccle xliiii. B

HI sunt viri mie: quorum iusticie obliuionẽ non acceperunt. Cũ semine eorum permanent bona: hereditas sctã nepotes eorũ. Et in testamẽtis stetit semẽ eorũ: ⁊ filij eorũ ꝑpter eos vsq; i eternum manẽt. Generatio eorũ et gł'ia eorũ nõ delinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: ⁊ nõia eorum viuẽt i scl'a. Sapientiã eorũ narrabũt oẽs ppl'i: et laudẽ eorum ꝓnunciet oĩs eccl'ia sctõrum. Gr. Gloriosus deus in sctis suis: mirabilis i maiestate faciens prodigia. v⁹ Dextera tua dñe gl'ificata est i virtute dextera man⁹ tua confregit inimicũ. Gr. Clamauerũt iusti et dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oĩbus tribulatiõib⁹ eorũ liberauit eos. v. Iuxta est dñs his q̃ tribulato sunt corde: ⁊ humiles spũ saluabit. Gr. Timete dñm oẽs sc̃i ei⁹: qm̃ nichil deest timentibus eũ. v. Inquirẽtes aũt dñm: nõ deficiẽt oĩ bono. Gr. Iustorũ aĩe i manu dei sũt: ⁊ nõ tãget illos tormentũ malicie. v. Visi sũt ocl'is isipientiũ mori: illi aũt sũt i pace. Gr. Exultabũt sc̃i i gl'ia letabunt̃ i cubilib⁹ suis. v. Cãtate dño cãticũ nouũ laus ei⁹ i eccl'ia sctõrũ. Gr. Vindica dñe sãguinẽ sctõrũ tuorũ qui effusus est. v. Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilibus celi: carnes sctõrũ tuorũ bestijs terre. Gr. Ecce q̃ bonũ ⁊ q̃ iocũdũ hitare fr̃es i vnũ. v Sicut vnguẽtum i capite: qd̃ descẽdit i barbã barbã aaron. Ali⁹. v. Mandauit dñs bñdictionẽ: et vitã vsq; in sclm. Gr. Aĩa nr̃a sicut passer erepta est/de laq̃o venãtiũ. v⁹. Laqueus contrit⁹ est: ⁊ nos liberati sum⁹ adiutoriũ nr̃m in nõie dñi: q̃ fecit celũ ⁊ terrã. All'a. v. Sãcti tui dñe bñdicent te gloriã regni tui dicẽt. All'a. v. Scti tui dñe florebũt sicut liliũ: et sicut odor balsami erũt ante te. All'a. v. Scti ⁊ iusti in dño: gaudete vos elegit deus i hereditatẽ sibi. All'a. v Vox exultationis et salutis i tabernaculis iustorũ. All'a. v. Iusti epulẽt̃ ⁊ exultẽt i cõspectu dei: ⁊ delectent̃ i leticia. All'a. v Reddet de⁹ mercedẽ laborũ sctõrũ suorũ ⁊ deducet illos: in via mirabili. All'a. v Mirabilis dñs nr̃ in sctis suis. All'a. v Te martyrũ candidatus laudat exercitus dñe. Tractus.

Psal. cxvii. | Psal. lxxviii. | Ps. xxxiii | Sap. iii. A | Psal. cxlix. | Ps. lxxviii. | P. xxxii | P. cxxxii | Ibid. | Psal. cxliii | laus | Eccl. Psal. cxvii | P. xvii. Sap. xx. D | P. lxvii. Laus | Eccle Psal. cxxv. et oĩa ifra.

Exo. xv. A

QVi seminant in lachrymis: in gaudio metent. v. Eũtes ibãt ⁊ flebant: mittentes semina sua. v. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Sequentia.

ECce pulchra canorum resonet voce all'a Intimãs requiem ciuib⁹ inclytã. Felicia nimiũ angelorũ rutilant agmina. Scẽ scẽ scẽ xp̃o onanter ꝓclamantia. Sublimis in cathedra: apostolorũ sede fulgida lãpada trib⁹ ⁊ linguas indicantia. Oĩa vt stercora reputarunt tumida: ꝓpter hec emicant velut stella firmamẽti clara. Stollis candidis: martyrũ adornant̃ colla. Hi sunt milites q̃ mũdi preliarũt bella. Coronis albis coronãt̃ sc̃i. Qui cõfitẽtes crediderũt iuste. Vel fide certãtes. Respuerũt vana. Modo habent celestia regna. In qua triumphãt dicentes optime. Siue canticãt psallẽtes carmina. Arte laudiflua. Voce dulcissona. Regi christo submittẽtes colla. Multum recitaris laude spiritũm. Atq; iubilaris i choro virginũ. All'a. Dulcimoda. Te decantãt pudicũ agmina. Laus tibi sit semp̃ xp̃e p oĩa. Qui opitularis cantantes talis. Voce pulchra. All'a. Et nos xp̃i ꝓclamemus vna. Da nobis eterna regna florida. Vbi cãtemus oẽs all'a. Sequentia.

Mirabilis deus i sctis: mirabilia dans magnifica. Qui fide preclara: vicerūt mundi gravissima pericula. Judicū minas verbera et blandicias contēnentes mēte robusta: vero transfuderunt regi animas. Ergo triūphant laurea compti capita secuti recte vestigia agni singlaris christi sacrata. Cui assidue melliflua dant cantica eius predulcissima pleni grā. Quorū celebrātes solēnia consortio iūge quo mereamur christ⁹ annuat. Qui nrā est gloria. Scdm lucam.

vi D. In illo tēpore. Elevatis ies⁹ oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: quia vestrū est regnū dei. Beati q̄ nūc esuritis: quia saturabimini. Beati q̄ nūc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint hoies: et cū separaverint vos/et exprobraverint et eiecerint nomen vestrum tanq̄ malū propter filiū hois. Gaudete in illa die et exultate: ecce eni merces vrā multa est in celo. Scdm matheum.

v. A In illo tēpore. Vidēs ies⁹ turbas: ascendit in montem. Et cum sedisset accesserunt ad eū discipuli eius. Et aperiēs os suū/docebat eos dicēs. Beati pauperes spū: qm̄ ipsor est regnū celorum. Beati mites: qm̄ ipsi possidebūt terram. Beati qui lugēt: qm̄ ipsi consolabūtur. Beati qui esuriūt et sitiūt iusticiā: qm̄ ipsi saturabūtur. Beati misericordes: qm̄ ipsi miam cōsequentur. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur. Beati q̄ psecutionē patiūtur ppter iustitiā: qm̄ ipsorū est regnū celor. Beati estis cū maledixerint vos hoies: et persecuti vos fuerint et dixerint omne malū adversum vos mentientes ppter me. Gaudete et exultate: quoniā merces vrā copiosa est i celis. S. math.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cū persequētur vos in civitate ista: fugite in aliam. Amen dico vobis: non consummabitis civitates israel: donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum: neq̄ servus super dominum suum. Sufficit discipulo/vt sit sicut magister eius: et servo sicut dominus eius. Si patremfamilias belzebub vocaverunt: quantomagis domesticos eius? Non ergo timueritis eos. x. C

Euangelium secundum lucam.

In illo tempore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Ponite ergo in cordibus vestris nō premeditari: queadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam: cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarij vestri. Trademini autem a parentibus et fratribus/et cognatis et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus ppter nomen meum: et capillus de capite vestro nō peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. xxi. C

Euangelium secundum lucam. vi. C

In illo tempore. Descēdēs iesus de monte: stetit in loco campestri: et turba discipulorum eius: et multitudo copiosa plebis ab omni iudea et hierusalem/et maritima/et tyri/et sydonis: qui venerant vt audirent eum/et sanarētur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus imundis/curabantur. Et ois turba querebat eū tāgere: quia virtus de illo exibat et sanabat oēs. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes: q2 vestrum est regnū dei. Beati qui nūc esuritis: q2 saturabimini. Beati q̄ nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint hoies: et cū separa-

nerint vos/ et exprobrauerint / et
eiecerint nomē vestrū tanq̄ malū:
propter filium hominis. Gaudete in
illa die et exultate: ecce enim mer-
ces vestra multa est in celo.

xxi.B ¶Euangelium secundū lucam.

In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis. Cū audieri-
tis prelia et seditiones nolite ter-
reri. Oportet primum hec fieri:
sed nondum statim finis. Tunc di-
cebat illis. Surget gens cōtra gē-
tem: et regnum aduersus regnū:
et terremotus magni erūt per lo-
ca: et pestilentie/ et fames: terro-
resq̄ de celo et signa magna erūt.
Sed ante hec omnia: inijcient vo-
bis manus suas/ et persequentur
tradentes in synagogas et custo-
dias: trahentes ad reges et presi-
des propter nomen meum. Cōtin-
get autē vobis in testimoniū. Poni-
te ergo in cordib⁹ vr̄is/ nō p̄medi-
tari: quēadmodum respondeatis.
Ego enī dabo vobis os et sapiētiā
cui nō poterūt resistere et cōtradice-
re oēs aduersarij vr̄i. Trademini
autē a parētibus et fratrib⁹ et co-
gnatis/ et amicis: et morte afficiēt
ex vobis Et eritis odio omnibus
hominib⁹/ propter nomen meū: et
capillus de capite vestro nō peribit
In patiētia vr̄a/ possidebitis ani-
xxi.A mas vestras. Secundum Lucam.

In illo tpe. Dixit iesus disci-
pulis suis. Attēdite a fermē-
to phariseorū qd̄ est hypocrisis. Ni-
chil enī opertū est/ qd̄ nō reueletur:
neq̄ abscōditū/ qd̄ nō sciatur. Quā q̄
in tenebris dixistis/ in lumine di-
cetur. Et qd̄ in aure locuti estis in
cubiculis/ p̄dicabitur in tectis. Dico
autē vobis amicis meis: ne terrea-
mini ab his q̄ occidūt corp⁹ et post
hec nō habent ampli⁹ qd̄ faciant.
Ostēdā autē vobis quē timeatis.
Timete eū: q̄ postq̄ occiderit: ha-
bēt potestatē mittere in gehennā.
Ita dico vobis/ hūc timete. Nōne
q̄nq̄ passeres veneunt dipōdio: et
vn⁹ ex illis nō est i obliuiōe corā
deo. Sed et capilli capitis vr̄i oēs
numerati sūt. Nolite ergo timere
multis passerib⁹ pluris estis vos.
Dico autē vobis oīs q̄cūq̄ cōfessus
fuerit me corā hominib⁹: et filius
hominis confitebitur illū: coram
angelis dei. Secūdū Matheum.

In illo tempore. Sedente ie- xxii
su super montem oliueti: ac- B
cesserunt ad eum discipuli secre-
to dicentes. Dic nobis quādo hec
erunt: et quod signum aduentus
tui et consummationis seculi? Et
respondens iesus dixit eis. Vide-
te ne quis vos seducat. Multi enī
venient in nomine meo dicentes.
ego sum christus et multos sedu-
cent. Audituri enim estis prelia: et
opiniones preliorum. Videte ne
turbemini: oportet enim hec fieri
sed nondum est finis. Consurget
enim gens cōtra gētem: et regnū
in regnū: et erunt pestilentie et fa-
mes et terremot⁹ per loca: hec autē
oīa initia sunt dolorū. Tūc tradent
vos in tribulationem: et occident
vos: et eritis odio oīb⁹ gentibus
propter nomen meū. Et tūc scan-
dalizabuntur multi: et inuicē tra-
dent: et odio habebunt inuicē. Et
multi pseudo prophete surgent: et
seducent multos. Et quoniā abū-
dabit iniquitas: refrigescet cari-
tas multorum. Qui autem perse-
uerauerit vsq̄ in finē: hic saluus
erit. ¶Secundum Lucam.

In illo tpe. Dicebat Jes⁹ tur- xi. F.
bis iudeorū: et principibus
phariseorum. Ve vobis qui edifi-
catis monumenta prophetarum:
patres autē vestri occiderūt illos.
Profecto testificamini q᷑ sentitis
operibus patrū vestrorum. Quo-

niam quidem ipsi eos occiderunt. vos autē edificatis eoꝝ sepulchꝛa. Propterea et sapientia dei dixit. Mittā ad illos pꝛophetas et apostolos et ex illis occident ⁊ persequentur: vt inquiratur sanguis omniū pꝛophetarū/qui effusus est a constitutione mundi: a generatione ista: a sanguine abel/vsqꝫ ad sanguinē zacharie: qui periit inter altare et edē. Ita dico vobis/requiretur ab hac generatione. Ve vobis legisperitis/qui tulistis clauē sciencie: ipsi non introistis: ⁊ eos q̄ introibant/ꝓhibuistis. Cū aūt hec ad illos diceret/ceperunt pharisei et legisperiti grauiter insistere/et os eius oppꝛimere de multis insidiantes ei. Et querentes aliqd capere de oꝛe eius: vt accusarent eum.

¶ Euangeliū Secundum Marcū.

xiii A In illo tēpoꝛe. Egrediēte iesu de tēplo: ait illi vnus ex discipulis suis. Magister aspice quales lapides/et quales structure. Et respondens iesus ait illi. Vides has oēs magnas edificationes? Nō relinquet lapis super lapidē: qui non destruatur. Et cū sederet in monte oliuarum contra tēplū interrogabāt eum separatim: petrus/et iacobus/⁊ iohannes/⁊ andꝛeas. Dic nobis quando ista fient: ⁊ quod signū erit: quādo hec omnia incipient cōsūmari? Et respondens iesus: cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim veniēt i nomine meo dicentes: quia ego sum ⁊ multos seducent. Cum autē audieritis bella et opiniones belloꝛum: ne timueritis. Opoꝛtet enim hec fieri: sed nondū finis. Exurget enī gens contra gentem: ⁊ regnum super regnum: et erunt terremotus per loca ⁊ fames. Initium doloꝛum hec. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis/et in synagogis vapulabitis: et ante pꝛesides et reges stabitis pꝛopter me/in testimonium illis. Et i omnes gentes pꝛimum opoꝛtet pꝛedicari euāgelium. Et cum duxerint vos tradentes: nolite pꝛecogitare quid loquamini: sed qd datum vobis fuerit in illa hoꝛa/id loquamini. Non enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in moꝛtem: et pater filium: et consurgent filii in parentes: ⁊ moꝛte afficient eos. Et eritis odio omnibus/pꝛopter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem/hic saluus erit.

¶ Euangeliū Secundū Marcum.

In illo tempoꝛe. Dixit Jesus discipulis suis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: quia ego sum: et multos seducent. Cum autem audieritis bella et opiniones belloꝛum: ne timueritis. Opoꝛtet enim hec fieri: sed nondū finis. Exurget enim gens cōtra gentem et regnum super regnum: et erunt terremotus per loca ⁊ fames. Initium doloꝛum hec. Videte autē vosmetipsos. Tradent enim vos i consiliis ⁊ in synagogis vapulabitis: et ante pꝛesides et reges stabitis pꝛopter me/i testimonium illis. Et in omnes gentes pꝛimum opoꝛtet pꝛedicari euāgelium. Et cum duxerint vos tradentes: nolite pꝛecogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hoꝛa/id loquamini. Non enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in moꝛtem/⁊ pater filiū: ⁊ cōsurgent filii in parentes/et moꝛte afficient eos. Et eritis odio omnibus / pꝛopter nomē meū. Qui autem sustinuerit in finem/hic saluus erit. xiii A

¶ Secundum Matheum.

x. D In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite arbitrari: qꝛ venerim mittere pacem in terrā. Nō veni pacem mittere/sed gladium. Veni enim separare hominē aduers⁹ patrem suum ⁊ filiā aduersus matrem suam: ⁊ nurū aduersus socrū suam: et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrē/aut matrem plusq̄ me/non est me dignus. Et qui amat filium aut filiā super me/non est me dignus. Et qui non accipit crucem suā ⁊ sequitur me: nō est me dignus. Qui inuenit animā suā/perdet illā. Et qui perdiderit animā suam ꝓpter me inueniet eā. Qui recipit vos/me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetā in noie ꝓphete: mercedē prophete accipiet ⁊ qui recipit iustū in noie iusti mercedem iusti accipiet. Et q̄cūq; potū dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide tantū in nomine discipuli: amen dico vobis/non perdet mercedem suam.

Euangelium. Ecce ego mitto vos. vts. in cōi vnius apostoli. fol. ii.

¶ Secundum Mattheum.

xxiiii A In illo tempore. Egressus iesus de templo ibat/ et accesserunt discipuli eius vt ostenderent ei edificationē templi. Ipse autem respondens dixit illis. Videtis hec omnia? Amē dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super montem oliueti accesserunt ad eum discipuli eius secreto dicentes. Dic nobis quādo hec erunt: et quod signum aduentus tui: ⁊ consummationis seculi? Et respondens iesus dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: ego sum christus ⁊ multos seducent. Audituri enim estis prelia: ⁊ opiniones preliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondū est finis. Consurget enim gens in gentē: ⁊ regnū in regnū. Et erūt pestilētie ⁊ fames: ⁊ terremotus p loca. Hec autem oia initia sunt dolorū. Tūc tradēt vos i tribulationē/⁊ occidēt vos: ⁊ eritis odio omnib⁹ gētibus/propter nomē meū. Et tūc scādalizabuntur multi ⁊ inuicē tradēt: ⁊ odio habebūt inuicē. Et multi pseudo ꝓphete surgent et seducent multos. Et quoniā abundabit iniquitas/refrigescet caritas multorū. Qui autem perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit.

¶ In tempore paschali. Euangeliū. Ego sum vitis vos pal. vts. fo. i. Offr. Mirabilis deus
in sanctis suis: deus israel ipse da- Psal. lxvii.
bit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus deus alla. et finiatur cum alla. quandocūq; dicitur. Offr. Gloriabuntur in te oēs
qui diligunt nomen tuū qm̄ tu dn̄e p. xv.
benedices iusto: dn̄e vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Offr.
Letamini in domino et exultate Psal.
iusti: et gloriamini oēs recti corde. xxxi.
¶ In tēpore paschali. Alla. Offr.
Exultabūt sctī in gloria letabunt Psal.
in cubilibus suis: exultationes dei cxlix.
i faucib⁹ eorū. In tpe pascha. Alla alla. Offr. Aia nostra sicut passer
erepta est de laqueo venantium: la Psal.
queus contritus est: ⁊ nos liberati cxxiii
sum⁹. Offr. Cōfitebūtur celi mira-
bilia tua dn̄e: ⁊ veritatē tuā in eccle Psal.
sia sāctorum alla alla. Offr. Reple lxxx-
ti sumus mane mia tua: et exulta- viii.
uimus ⁊ delectati sumus alleluya. Psal.
¶ Plurimorū martyrū. Secreta. lxxx-
Suscipe qs dn̄e munera popu ix.
li tui pro martyrum tuorum festiuitate sanctorū: ⁊ sincero nos corde fac eorꝝ natalicijs interesse. Per dn̄m nostrum ¶ Alia plurimorum

morum martyrum pontificum.

Sanctorum martyrũ tuorum atq; põtificum N. et N. gloriosa merita venerãtes hec domine munera tue maiestati offerim⁹ obsecrãtes/vt illis reuerẽtiã exhibẽdo/nobis veniã impetrem⁹. P. Cõio. Psal. xxxii. Gaudete iusti in dño alla: rectos: decet collaudatio alla. Et dicit Alla. qñ cunq; di. Cõio. Luc. v. E Multitudo languẽtiũ et q̃ vexabant a spiritib⁹ imũdis veniebãt ad eũ q2 virtus de illo exibat et sanabat omnes. Psal. lxxvii. In tpe pasch. Alla al. Cõio. Posuerũt mortalia seruorũ tuorũ domine escas volatilibus celi: carnes sãctorum tuorum bestiis terre: secundũ magnitudinẽ brachii tui: possi de filios morti punitorũ. Sap. iii. A Cõio. Iustorũ anime in manu dei sunt: et nõ tãget illos tormentum malicie: visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autẽ sũt i pace. In tẽpore paschali. Alla alla. Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructũ afferatis: et fructus vester maneat. In tẽpore paschali Alla alla. Cõio. Et si coram hoibus tormenta passi sunt deus temptauit eos: tanq̃ aurum in fornace probauit eos: et quasi olocausta accepit illos. Psal. cxxiii. Cõio. Aia nr̃a sicut passer erepta est: de laqueo venantiũ. Joh. xv. A Cõio. Ego sũ vitis vera et vos palmites: q̃ manet i me et ego i eo: hic fert fructũ multũ. alla al. Cõio. Mat. x. E. Dico autẽ vobis amici mei: ne terreamini ab his q̃ vos psequũtur. Cõio. Qđ dico vobis i tenebris dicite i lumĩe: dicit dñs: et qđ i aure auditis predicate sup tecta. Cõio. Mat. xxv. D Amẽ dico vobis quod vni ex minimis meis fecistis: michi fecistis venite benedicti patris mei: possidete paratũ vobis regnũ ab initio scli. Plurimorũ martyrũ. Postcõio.

Sacramẽtorũ tuorum dñe participatione letantes: suppliciter exoram⁹/vt quorũ merita celebrare condonas: eorũ nos facias imitari gratiã. Per dominũ. Alia plurimorũ martyrum põtificum.

Deus qui nos sacramenti tui veneranda perceptione purificas: da nobis quesum⁹ patrocinia tuorũ continuata sanctorum quibus capere valeam⁹ salutaris mysterii portionem. Plurimorum martyrum non pontificum.

Deus qui nos concedis sanctorũ martyrũ tuorũ N. et N. natalicia colere: da nobis i eterna beatitudine/de eorum societate gaudere. Per dominũ. Secreta.

Munera tibi dñe nostre deuotionis offerimus: que p tuorum tibi grata sint honore iustorum: et nobis salutaria te miserãte reddantur. Per dñm. Postcõio.

Presta nobis quesumus domine intercedentibus sanctis martyribus tuis N. et N. vt que ore contingimus pura mente capiamus. Per dominum nostrum iesum christum. In natali vni⁹ confessoris Officium.

Eccl. xlv. D Statuit ei dñs testamẽtũ pacis et pricipẽ fecit eũ/vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. In tẽpore paschali. Alleluya alla. ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Aliud.

Psal. cxxxi. Sacerdotes tui dñe induãt iustitiam: et sancti tui exultẽt: propter dauid seruum tuum non auertas faciem christi tui. In tẽpore paschali Alleluya. ps. Eodẽ Memẽto domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Aliud officium.

Dan. iii. D Sacerdotes dei benedicite dominũ: sancti et humiles corde

laudate deū. In tpe pascha. Alla alla. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et super exaltate eum in secula. Oratio.

Omnipotens sempiterne de9 qui nos beati. N. confessoris tui atq pontificis hodierna festiuitate letificas: tuā supplices exoramus clemētiā: vt cui9 solēnia deuotis officijs veneramur: eius pijs suffragijs: eterne vite remedia consequamur. Per dominum. Alia oratio.

Da quesumus ops deus: vt beati N. cōfessoris tui atq pontificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutē. Per do. Lectio libri sapiētie.

Eccl. xliiii c

Ecce sacerdos magn9/qui in diebus suis placuit deo: et in uentus est iust9. Et in tempore iracundie/fact9 est reconciliatio. Nō est inuentus similis illi: q conseruaret legē excelsi. Ideo iureiurādo: fecit illū dns crescere in plebē suā. Bñdictionē oim gentiū/dedit illi: et testamentū suū ꝯfirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi miam suā/et inuenit gratiā coram oculis dñi. Magnificauit eum in cōspectu regū: et dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentū sempiternum: et dedit illi sacerdotium magnū/et beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio: et habere laudē in noie ipsius. Et offerre illi incensū dignum in odorem suauitatis.

Sequens epla legat in vtroq festo beati edmundi archiepiscopi et cōfesso. Lectio libri sapientie.

Eccl. l. A

Ecce sacerdos magn9: qui in vita sua curauit gentem suā et liberauit eam a perditiōe. Qui suffulsit domum: et in diebus suis corroborauit templum. Qui preualuit amplificare ciuitatem q adeptus est gloriā in cōuersatione gētis. Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi luna plena in diebus suis lucet: et quasi sol refulgens: sic ille effulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glie: et quasi flos rosarū in dieb9 vernis. Quasi lilia que sunt in trāsitu aque: et quasi thus redolēs in diebus estatis. Quasi ignis: effulgēs et thus ardēs in igne: quasi vas auri solidum/ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pullulans et cypressus i altitudinem se extollēs/in accipiendo illū stolā glorie: et vestiri eum in consūmatione virtutis. In ascensu altaris sancti gloriā dedit sanctitatis amictum In accipiendo autem partes de manu sacerdotum: et ipse stans iuxta arā porrexit manū suā in libatione: et libauit odorē diuinū excelso pricipi. Et iterauit orationē suā/volens ostēdere virtutem dei qui fecit nobiscū secundum suam misericordiam. Qui det nobis iocunditatē cordis: et fieri pacem in dieb9 nostris in israel: per dies sēpiternos. Lectio libri sapientie.

Sap. x. B

Iustum deduxit dns per vias rectas: et ostendit illi regnum dei. Et dedit illi scientiā sctorum: honestauit illū in laboribus: et compleuit labores illi9. In fraude circūuenientiū illi affuit et honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis et a seductoribus tutauit illum: et certamen forte dedit illi vt vinceret: et sciret qm omniū potentior est sapentia. Hec venditum iustū nō dereliquit: sed a peccatorib9 liberauit eum. Descenditq cū illo in foueam: et in vinculis non dereliquit illum: donec afferret illi sceptrum regni: et potenciā aduersus eos qui eū deprimebāt. Et mendaces ostendit qui maculauerunt illū et dedit illi claritatem eternā: dns

deus noster. Lectio libri sapientie.

Eccl. xlv A — Dilectus deo et hominibus: cuius memoria in benedictione est. Similē illū fecit in gloria sanctorum: et magnificauit eū in timore inimicorum: et in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: et vnxit illum coram populo suo/et ostēdit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipsius: et induxit illū in nube. Et dedit illi cor ad precepta: et legē vite et discipline. Grad.

Eccl. xxiiij C. p.cix. — Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi: qui cōseruaret legem excelsi. Grad. Iurauit dominus et non penitebit eū: tu es sacerdos in eternum: secundū ordinem melchisedech. V. Dixit dn̄s domino meo: sede a dextris meis. Grad.

Psal. lxxxviij. — Inueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū. manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. V. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. Gr.

ps. xx — Domine preuenisti eū in benedictionib9 dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Vitā petiit et tribuisti ei: longitudinem dierū in seculū seculi. P. lra. vsus.

Esaie xxxv. — Iustus germinabit sicut lilium: et florebit in eternum ante dominū.

P. lra. V. Amauit eum dominus et ornauit eū: stola glorie induit eū.

Laus eccl'ie — P. lra. V. Disposui testamētum electis meis: iuraui dauid seruo meo. Alleluya. V. Elegit te domin9 sibi in sacerdotem magnū i populo suo. Alleluya. V.

Psal. lxxxviij. — Inueni dauid seruum meū: oleo sancto meo vnxi eum. Alleluya. V. Posui adiutorium super potētē: et exaltaui electum de plebe mea. Tractus.

p.cxi. — Beat9 vir qui timet dn̄m: in mādatis ei9 cupit nimis. V. Potēs in terra erit semen ei9: generatio rectorū bn̄dicetur. V. Gloria et diuitie in domo ei9: et iusticia ei9 manet in sclm̄ seculi. Sequencia. — Eodē

Adest nobis dies alma: et magno gaudio plena. In qua sancta deo grata/congaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma/q̄ gloriam cātat in excelsis voce dulcissona cum simphonia. Hodie polorum sancta agmina collaudant regem deum nostrum natū ex virgine sancta maria. Aue inclyte presul: vel confessor N. flos pulcherrime. Tu vestigia christi secut9 es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iam gratularis in domo supera possidēs sedes almas. Quē postulamus et possimus vna. Adiuuent tua sancta suffragia fragilem vitam nostram. O beate. O sancte N. Laus tibi in gloria. O beate O sancte N. Pro nobis supplica. Ut vna mereamur sancta celorum templa. Possidere leti cernentes alma gaudia que sunt plena. Sit deo laus honorq3 iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculorū secula. Amen dicant oīa. Sequētia.

Alma cohors vna laudum sonora nunc prome preconia. Quibus en insignis rutilat N. vt luna solq3 sydera. Meritorum est mirifica radians idem sacra prerogatiua. Hunc nam sophie mystica ornauerunt mire dogmata qua fulsit nitida: luculenter perampla orbis climata. Uerbi necnon fructifera seuit diuini semina mentium per arma pellendo quoq3 cuncta noctis nubula. Hūc famina fūdēs diua: vt voce celestia ferens in se numina. Sublimauit catholica vehementer culmina sancta per eloquia. Is nempe celse compos glo-

rie nunc exultat inter letabunda celicolarum ouans contubernia. Sublimis extat sede supera fruēs vita semper inexhausta sat per saluberrima christi pascua. O dignū cuncta laude precelsa. Presulē tāta nactū gaudia. Virtutū propter merita: quibus viguit ardēs velut lāpada. Nos voce clara hunc et iocunda. Dantes oremus preces et vota. Qui nobis ferat commoda impetret: et eterna poscēs premia. Quod petit presens caterua: presulum gēma. Deuota rependens munia mente sincera. Fauendo sibi precum instancia: scilicet vt polorum intret limina. Quo iam intra palacia stantes suprema. Leti gratulemur adepti polorū regna. Qui tua presul sistentes hac aula iubilemus ingenti cum leticia. Recinentes dulcia: nunc celsaque alta.

Euangeliū. Secundū Mattheū.

xxv. b In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: parabolam hāc. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta alij autem duo: alij vero vnum. Unicuique secundum propriam virtutem. Et profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat et operatus est in eis: et lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat: lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit in terram/ et abscōdit pecuniam dñi sui. Post multum vero temporis venit dñs seruorum illorum: et posuit rationem cum eis. Et accedēs qui quinque talenta acceperat obtulit alia quinque talenta dicens. Domine quinque talenta tradidisti michi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam. Intra in gaudiū dñi tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat et ait. Dñe: duo talenta tradidisti michi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone et fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā. Intra in gaudium domini tui.

Secundum Marcum.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Videte/ vigilate et orate. Nescitis enim quando tēpus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis: et ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim quando dñs domus veniat: sero/ an media nocte: an gallicantu/ an mane. Ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico vigilate. xiij. b

Secundum Matheum.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset: vigilaret vtique/ et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudēs/ quem constituit dominus supra familiam suam: vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus quem cum venerit dominus eius/ inuenerit sic facientem. Amen dico vobis/ quoniam super omnia bona sua constituet eum. Euangelium. Homo quidā no. vcs. fo. vi. In tpe pascha. Euāg. Ego sū vitis vera. vcs. fo. i. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. xxiiij D Psal. lxxx. viii.

Ibidē In tēpoꝛe pascha. Alla. Offꝰ Inueni dauid seruum meum: et in oleo sancto vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei/et brachium meum cōfoꝛtabit eum. In tempoꝛe paschali Allelupa. Secreta.

Propiciare quesumus domine supplicationibꝰ nostris ꝛ intercedente pꝛo nobis beato confessoꝛe tuo atq; pontifice: his sacramentis celestibꝰ seruientes: ab omni culpa liberos esse cōcede: vt purificante nos gr̄a tua: eisdem quibꝰ famulamur mysteriis emūdemur. Per dominū. Alia secreta.

Respice quesumus dn̄e munera populi tui in beati N. confessoꝛis tui atq; pontificis honoꝛe oblata: et tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutem. Per dominum. Cōio. Dn̄e quinq; talenta tradidisti michi/ecce alia quinq; super lucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis: supꝛa multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. In tempoꝛe paschali Allelupa. Cōmunio. Beatus seruus/quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amē dico vobis/super omnia bona sua constituet eum. In tēpoꝛe pascha. Allelupa allelupa. Cōio Fidelis seruus et pꝛudens quem cōstituit dn̄s sup familiā suā: vt det illis in tēpoꝛe tritici mēsurā. In tempoꝛe paschali Allelupa alla. Postcōio.

math xxv b

math xxiii. D

ibidē D

Presta q̄s dn̄e deꝰ noster: vt diuinis mysteriis expiati: intercedente beato N. confessoꝛe tuo atq; pontifice: ad superni plenitudinem sacramenti cuius libauimus sancta tēdamus. Per dominum nostrum. Alia postcōmunio.

Quos tuis domine reficis sacramentis sancti N. confessoꝛis tui atq; pontificis attolle benignus suffragiis: vt nostre redēptionis effectum et mysteriis capiamus ꝛ moꝛibus. Per dn̄m.

In natali vnius confessoꝛis et doctoꝛis. Officium.

Sacerdotes dei bn̄dicite dn̄m sctī ꝛ humiles coꝛde laudate deum. In tp̄e pasch Alla alla. p̄s Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o laudate ꝛ superexaltate eū i secula. Gl̄ia. Orō. Dan iij. D

Exaudi dn̄e preces nr̄as: quas in sancti N. cōfessoꝛis tui atq; doctoꝛis solēnitate deferimꝰ vt q̄ tibi digne meruit famulari eius p̄cibus ab omnibꝰ absolue peccatis. Per do. Lectio libꝛi sapientie.

Dedit dn̄s cōfessionē sancto suo ꝛ excelso i verbo gloꝛie. De omni coꝛde suo laudauit dn̄m: ꝛ dilexit eū qui fecit illū. Et dedit illi cōtra inimicos potētiā: et stare fecit cantoꝛes cōtra altare: et in sono eoꝛū/dulces fecit modulos. Et dedit in celebꝛationibus decus: et oꝛnauit tempoꝛa/vsq; ad consummationē vite: vt laudarent nomē sanctum domini: et amplificarent mane sanctitatem dei. Chꝛistꝰ purgauit peccata ipsius: et exaltauit in eternum coꝛnu eius. Sapientia laudabit animam suam: ꝛ in domino honoꝛabitur: et in medio pp̄li sui gloꝛiabitur. Et in ecclesiis altissimi aperiet os suum: et in conspectu virtutis ipsiꝰ gloꝛiabitur. In medio populi exaltabitur ꝛ in plenitudine sancta admirabitur. In multitudine electoꝛū habebit laudē: ꝛ inter benedictos: benedicetur. Lectio libꝛi sapientie.

Eccli xlvij. B

Optaui/et datus est michi sensus/ꝛ inuocaui/et venit in me sp̄us sapientie. Et pꝛeposui illam regnis ꝛ sedibus: ꝛ diuitias nichil esse dixi/i cōparatiōe illiꝰ. Nec cōparaui illi lapidē pꝛeciosū q̄m oīne vii. A

aurum in comparatione illi⁹/are na est exigua: et tanq̄ lutum esti: mabitur argentum in cōspectu il: lius. Super salutem ⁊ speciē dile: xi illam:⁊ proposui pro luce habe re illā: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mi chi omnia bona pariter cum illa: ⁊ innumerabilis honestas per ma nus illius: et letatus sum in omni bus quoniam antecedebat me ista sapientia/⁊ ignorabam/quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici: et sine inuidia communico. Et honestatem illius

Psal. cix. non abscondo. Gr. Iurauit dn̄s ⁊ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinē mel: chisedech. V⁹. Dixit dn̄s dn̄o meo:

Eccl. xlv. sede a dextris meis. Alla. V. Ama uit eum dn̄s et ornauit eum: stola glorie induit eū. ¶ Sequentia de commum vnius confessoris ⁊ pō: tificis .quere supra.fo.x. Infra. lxx. Tractus. Beat⁹ vir. vt s. fo.ii.

¶ Secundum mattheum.

v. B I N illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Vos estis sal terre Quod si sal euanuerit in quo salietur? At nichilum valet vltra: nisi vt mittatur foras/et conculce: tur ab hominibus. Vos estis lux mūdi. Nō potest ciuitas abscondi supra mōtē posita: neq̄ accendunt lucernā: et ponūt eam sub modio/ sed super candelabrū: vt luceat o: bus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corā hominibus: vt vi: deant opera vestra bona: et glori: ficent patrē vestrū qui in celis est. Nolite putare/quoniā veni solue: re legē aut prophetas. Non veni soluere/sed adimplere. Amen dico vobis: donec transeat celum ⁊ ter ra: iota vnum aut apex vnus/non preteribit a lege donec oia fiant. Qui ergo soluerit vnū de manda tis istis minimis/⁊ docuerit sic ho mines: minimus vocabitur: in re: gno celorum. Qui autē fecerit ⁊ do cuerit: hic magn⁹ vocabitur in re: gno celorū. Offr. Veritas mea et Mat. xxiiii D

mia mea cū ipso: et ī nomine meo exaltabitur cornu eius. ¶ In tem: pore paschali. Alleluya. Secreta.

M Unera quesumus dn̄e tibi dicata sanctifica: et interce: dente beato. N. confessore tuo atq̄ doctore/per eodem nos placatus intēde. Per dominū. Cōio. Fidelis seruus ⁊ prudēs quē cōstituit dn̄s super familiā suā: vt det illis in tē pore tritici mensurā. ¶ In tempo: re paschali. Alla alla. Postcōio

P Resta quesum⁹ omnipotēs de⁹: vt de perceptis mune: ribus gratias exhibentes/interce: dente beato N. confessore tuo atq̄ doctore/benefica potiora sumam⁹ Per dominum. ¶ In natali vnius confessoris et abbatis.

Os iusti meditabi tur sapiētiā: ⁊ ligua ei⁹ loquetur iudiciū Psal. xxxvi

lex dei eius in corde ipsi⁹. Ps. Noli emula Ibid.

ri ī malignātib⁹ neq̄ zelaueris faciētes iniquitatē. Or.

D Eus q̄ beatū N. confessorē tuum atq̄ abbatem sancti: tatis gratia decorasti: ipsius meri: tis fac nos bonis operibus abun dare: vt a te sūmo bono oīne qd̄ ex pedit: mereamur impetrare. Per dominū. ¶ Lectio libri sapientie.

I Ustus cor suū tradet ad vi: gilādū diluculo/ad dominū Eccl. xxxix A

qui fecit illum et in conspectu al: tissimi deprecabitur. Aperiet os suum ī oratione: ⁊ p delictis suis deprecabitur. Si eīn magn⁹ domi nus voluerit: spiritu itelligētie re plebit illū. Et ipse tanquā imbres

mittet eloquia sapientie sue: et i ora
tione cõfitebitur domino. Et ipse
diriget cõsiliũ eius et disciplinã: ⁊
in absconditis suis consiliabitur.
Et ipse palã faciet disciplinã do
ctrine sue: ⁊ in lege testamenti dñi
gloriabitur. Collaudabunt multi
sapientiã eius: ⁊ usq in seculũ non
delebitur. Non recedet memoria
eius: ⁊ nomẽ eius requiretur: a ge
Psal. neratione in generationem. Grad.
xxxvi Os iusti meditabitur sapientiam:
et lingua eius loquetur iudiciũ. V.
Lex dei ei⁹ i corde ipsius: ⁊ nõ sup
plãtabunt gressi⁹ eius. Alla. V Po
sui adiutoriũ sup potentẽ/ ⁊ exalta
ui electũ de plebe mea. Sequẽtia.
Adest nobis. vrs fo. x. vel tractus.
Desideriũ anime eius. vrs. fo. iiij.

¶ Secundum Lucam.

xi. E In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis. Nemo accen
dit lucernã/ ⁊ in abscondito ponit
neq sub modio: sed super candela
brũ/ vt qui ingrediuntur/ lumen vi
deãt. Lucerna corporis tui/ est ocu
lus tuus. Si ocul⁹ tuus fuerit sim
plex: totũ corp⁹ tuũ lucidum erit.
Si autẽ nequã fuerit: etiam corp⁹
tuũ tenebrosum erit. Uide ergo ne
lumẽ quod in te est tenebre sint. Si
ergo corp⁹ tuũ totũ lucidũ fuerit.
nõ habẽs aliquam partẽ tenebra
p̄x. rũ: erit lucidũ totũ. Et sicut lucer
na fulgoris illuminabit te. Offe.
Desideriũ aie eius tribuisti ei dñe:
et voluntate labiorũ ei⁹ non frauda
sti eum: posuisti in capite eius coro
nam de lapide precioso. Secreta.
Sacrificiũ dñe quod p sancti
N. confessoris tui atq ab
batis solennitate deferim⁹ tibi qs
fiat acceptũ: ⁊ eius interuenienti
bus meritis: nobis augeat/ te do
Mat. nãte suffragiũ. Per dominũ. Cõio.
xxiiii Fidelis seruus et prudens quem
constituit dñs super familiam suã
ut det illis in tempore tritici men
suram. In tempore paschali. Al
leluya alleluya. Post communio.
Libãtes domine sacro sancta
mysteria/ precende nobis qs
miam tuã: vt q votis expetim⁹: in
tercedẽte btõ N. cõfessore tuo atq
abbate: cõuersatiõe tibi placita cõ
sequamur. Per dominum. nostrũ.

¶ De quocunq confessore. Offm.

Os iusti meditabi Psal.
tur sapiẽtiã: ⁊ ligua xxxvi
ei⁹ loquetur iudiciũ
lex dei eius in corde Ibid.
ipsi⁹. p̄s. Noli emula
ri i malignãtib⁹ neq
zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Oro
Adesto dñe precib⁹ nris quas
i sancti N cõfessoris tui so
lennitate deferim⁹: vt q nre iustitie
fiduciã nõ habem⁹: ei⁹ q tibi pla
cuit meritis ⁊ precib⁹ adiuuemur.
Per dñm nostrũ iesum xpm filium
tuum. ¶ Lectio libri sapientie.
Iustum deduxit dñs per vias Sap.
rectas: ⁊ ostendit illi regnum x. A
dei. Et dedit illi sciẽtiã sãctorum:
honestauit illũ in laboribus ⁊ cõ
pleuit labores illius. In fraude cir
cumuenientium illi affuit: et hone
stũ fecit illum. Custodiuit eũ ab ini
micis/ ⁊ a seductoribus tutauit il
lũ: ⁊ certamẽ forte dedit illi vt vin
ceret: et sciret quoniã omniũ potẽ
tior est sapientia. Hec vẽditũ iustũ
nõ dereliquit: sed a peccatoribus li
berauit eum. Descẽditq cũ illo in
foueã: ⁊ i vinculis nõ dereliquit il
lũ: donec afferret illi sceptrum re
gni: ⁊ potẽtiã aduers⁹ eos/ q eũ de
primebãt. Et mẽdaces ostẽdit qui
maculauerũt illũ: ⁊ dedit illi clari
tatẽ eternã: dñs de⁹ nr. Gr. Os iu Psal.
sti meditabit sapiẽtiã: ⁊ lingua ei⁹ xxxvi
loquetur iudiciũ. V⁹ Lex dei ei⁹ i cor
de ipsi⁹: ⁊ nõ supplãtabunt gressi⁹

eius. Alleluya. ℣. Posui adiutorium semper potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Sequentia. Adest nobis. vt supra fol.x. vel Tractus Desiderium aie. vt supra fo.iiii. ¶ Secundum mattheum.
xi G In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete / vigilate et orate. Nescitis enim quando temp9 sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam et dedit seruis suis potestatem cuiusq operis: et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus veniat: sero / an media nocte / an galli cantu / an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico / omnib9 dico vigilate. Offertoriū. Desideriū aie ei9 tribuisti ei dñe: et voluntate labiorum eius nō fraudasti eū: posuisti in capite ei9 coronam de lapide precioso. In tempore paschali. Alleluya. Secreta.

Suscipe dñe sacrificium placationis et laudis qđ nos interueniente beato N. confessore tuo pducat ad veniā: et in perpetuā gratiarū constituat actionē. Per. Co̅io
math xxiiii D Fidelis seruus et prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suā: vt det illis i tēpore tritici mēsurā. In tempore paschali Alła alła. Postcōio.

Presta q̄s ops deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramenta: eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per. ¶ In natali plurimorū confessorū. Officiū.

Daū. iij D Sacerdotes ei9 induant salutare: et sc̄ti eius exultatione exultabūt. In tempore paschali. Alleluya alła alła. Ps.
Psal. cxxxi. Memēto domine dauid: et omnis mansuetudinis eius Oratio.

Beatorū confessorū tuorū N. et N. nos q̄s domine tuere p̄sidiis: et quorū festiuitatē annua deuotione recolim9: eorū intercessione ab omnibus aduersitatibus eruamur. Per dñm. Alia oratio.

Deus qui nos sanctorū confessorum tuorū N. et N. cōfessionibus gloriosis circundas et protegis: da nobis et eorum imitatione pficere: et intercessione gaudere. Per dñm. ¶ Ad hebreos.

Fratres. Plures facti sunt sacerdotes secundū legē idcirco q morte phiberentur pmanere. Iesus autem eo q maneat in eternū: sempiternū habet sacerdotiū. Unde et saluare in ppetuū potest: accedens per semetipsum ad deum semp viuens: ad interpellandū p nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex: sanctus / innocens / ipollut9: segregat9 a pctōribus: et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem: queadmodum sacerdotes prius p suis dilectis hostias offerre: deinde pro populo. Hoc enim fecit semel se offerando: dominus noster ies9 christus. Gr. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabūt. ℣. Illuc produ- Psal. cxxxi
cam cornu dauid: paraui lucernā christo meo. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti: et tanq̄ scintille i arundineto discurrent in eternum. Eodē Sap. iij A.

¶ Nulla dicit sequētia licet nouē lectiones fiāt. Secundum lucam.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardētes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectātib9 dñm suū qñ reuertat a nuptijs. Ut cum venerit et pulsauerit: confestim aperiāt ei. Beati serui illi: quos cum venerit dñs / inuenerit vigilātes. Amē ii. E

dico vobis: ꝙ preciget se/ et faciet illos discūbere: et trāsiēs ministrabit illis. Et si venerit in secūda vigilia: ꝫ si i tertia vigilia venerit/ et ita inuenerit: beati sūt serui illi. Hoc aūt scitote: qm̄ si sciret pater familias qua hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ: et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote ꝑparati: quia qua hora nō putatis: filius hois veniet. Scdm̄ mattheū.

x. B I N illo tpe. Misit iesus duodecim discipulos suos: precipiēs eis ꝫ dicēs. In viā gētiū ne abieritis: et i ciuitates samaritanorū ne intraueritis: sed poti⁹ ite ad oues q̄ perierūt domus israel. Eūtes autē ꝑdicate dicentes: qꝛ appropinquabit regnū celorū. Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate demones eiicite. Gratis accepistis: gratis date.

Psal. xlix. Offer. Exultabunt scti in gloria: letabūtur i cubilib⁹ suis: exultationes dei in faucib⁹ eorū. In tēpore paschali Alla alla alla. Secreta.

A Desto dn̄e precibus ppl̄i tui adesto muneribus: vt que sacris sunt oblata mysteriis: tuorū tibi placeant intercessione sctōr. Per dn̄m. Cōio. Ego vos elegi de

Joh. xv. C mundo: vt eatis ꝫ fructū afferatis et fructus vester maneat. In tpe paschali. Alla alla. Postcōmunio.

F Ideles tui deus celestis doni remediis recreentur: et sanctorum confessorū tuorū precibus ab omnibus quesumus emūdētur delictis. Per. ¶ In natali vnius virginis et martyris. Officium.

Psal. xliiij. D Ilexisti iustitiam et odisti iniqtatē: propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo leticie pre cōsortib⁹ tuis. ¶ In tpe pasc. Alleluya alla alla. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gl'a prī. Aliud offm̄.

L Oquebar de testimonijs tuis i cōspectu regū ꝫ nō confūdebar et meditabar i mādatis tuis que dilexi nimis. ꝑ. Beati immaculati in via qui ambulāt in lege domini. Gloria patri. Aliud officiū. Psal. cxviij

M E expectauerūt peccatores vt ꝑderēt me testimonia tua domine intellexi oīs cōsummationis vidi finē/ latū mādatū tuū nimis. ꝑ. Beati imaculati i via qui ambulāt i lege dn̄i. Orō. Psal. cxviij

E Xaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis ꝫ martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominū nostrū.

¶ Lectio libri sapientie.

D Omine deus meus exaltasti super terram habitationem meam et pro morte defluēti deprecata sum. Inuocaui dominum patrem domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee: et in tempore superborū sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue: et collaudabo illud in confessione et exaudita est oratio mea Liberasti me a perditione et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor: et laudē dicam nomini tuo: dn̄e deus meus.

¶ Lectio libri sapientie.

C Onfitebor tibi domine rex et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniā adiutor ꝫ protector factus es michi: et liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labiis operantium mendacium. Et in conspectu astātium factus es michi adiutor: et li- Eccle xv. B

berasti me secundũ multitudinem misericordie nominis tui. A rugiẽtibus preparatis ad escam: de manib⁹ querentium animã meam: et de portis tribulationum que circũdederũt me: ꝛ a pressura flãme que circũdedit me: ꝛ in medio ignis nõ sum estuata. De altitudine vẽtris inferi/et a lingua coinquinata: ꝛ a verbo mendacij. A rege iniquo: ꝛ a ligua iiusta. Laudabit vsqꝫ ad mortẽ anima mea dñm: ꝛ vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circundederũt me vndiqꝫ: et non erat qui adiuuaret. Respiciẽs eram ad adiutorium meum: ꝛ non erat. Memorata sum misericordie tue domine: et cooperationis tue/ que a seculo sunt: quoniam eruis sustinentes te: ꝛ liberas eos de manu angustie: domine deus meus.

Lectio libri sapientie.

Ecle xxiiij

Sapiẽtia laudabit animã suã: et in domino honorabitur et in medio populi sui gloriabit. Et in ecclesijs altissimi apiet os suũ: et in conspectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur: ꝛ i plenitudine sancta admirabitur. In multitudine electorũ habebit laudem: et iter benedictos benedicetur dicens. Ego ex ore altissimi pdij: primogenita ãte oẽm creaturã. Ego quasi liban⁹ nõ incisus vaporaui habitationẽ meam: et quasi balsamũ non mixtũ/odor me⁹. Ego quasi terebintus extẽdi ramos meos: et rami mei honoris ꝛ gratie. Gr. Dilexisti iusticiam ꝛ odisti iniquitatẽ. ṽ. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie.

Psal. xliiij. et oia infra

Grad. Specie tua ꝛ pulchritudine tua/intende prospere procede et regna. ṽ. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis/ propterea benedixit te de⁹ in eternũ. ṽ. Propter veritatẽ ꝛ mansuetudinẽ ꝛ iusticiã ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Audi filia et vide ꝛ iclina aurẽ tuã: quia cõcupiuit rex speciẽ tuã. ṽ. Specie tua et pulchritudine tua: itẽde ꝓspere ꝓcede et regna. Gr. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ ꝛ iusticiã ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. ṽ. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurẽ tuã: qꝛ cõcupiuit rex speciem tuã. Alla. ṽ. Emulor eni vos dei emulatione: despõdi vos vni viro virginẽ castã exhibere xpo. Alla. ṽ. Veni electa mea/et ponã te i thronũ meũ: qꝛ ꝯcupiuit rex speciẽ tuã. Allã. ṽ. Specie tua ꝛ pulchritudine tua intẽde prospere ꝓcede et regna. Allã. ṽ. Diffusa est gra in labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te de⁹ i eternum. Allã. ṽ. Hec est virgo sapiens: quã dñs vigilantẽ inuenit. Allã. ṽ. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: et cõ confundebar domine. Tractus.

Cor. xi. A

Psal. xliiij. Eodẽ

Laus ecclie

Psal. cxviii

Diffusa est grã in labijs tuis: propterea bñdixit te deus in eternũ. ṽ. Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intẽde ꝓspere ꝓcede ꝛ regna. ṽ. Propter veritatẽ ꝛ mansuetudinẽ ꝛ iusticiã: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. ṽ. Audi filia et vide et iclina aurẽ tuã: qꝛ concupiuit rex speciem tuam. Sequentia.

Psal. xliiij.

ibidẽ

Exultemus in hac die festiua. Recolentes domini magnalia in sanctis q̃ operatur maxima. Qui inter sua potẽtie mira/in virginum est maximus gloria. Suaue enim gratia mundi viluit virginibus pompa. Atqꝫ cõtra precepta regum/restitit virginalis pugna. Furit rabies vesana denicta tristatur malicia. Crudescit in carne tenera maiora exquirit tormenta. Sed tunc stat firmior caro vir:

gines. Cum multiplicantur noua supplicia. Pro eterna quā expectāt a deo gloria. Letātur mortalia affligit sua corpora. Quia sunt transitoria. Et in motu subito labentia mundi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac virgines sorte claruit N. Cuius hodie celebramus solennia splendens inter alias vt lucifer inter minores stellas. Uirgo beata fortiter ferens oīa nec mori recusans pro gloria: pro nobis pie deum exora. Ut tecum in aula exultemus ethera pace perpetua. Pro sanctorum virgo gloriosa collaudemus dominum in gloria.

Secundum matheum.

xiiij F In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celoꝝ thesauro abscōdito in agro: quem qui inuenit homo abscondit: et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet: et emit agrū illū. Iterum simile est regnū celorū homini negociatori querēti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit et emit eā. Iterū simile est regnū celorū sagene misse i mare: et ex omī genere pisciū cōgregāti. Quā cū impleta esset: educentes et secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua: malos autē foras miserunt. Sic erit in cōsummatione seculi. Exibūt angeli: et separabūt malos de medio iustorum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentiū. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiā Ait illis. Ideo oīs scriba doct⁹ in regno celoꝝ: similis est homini patrifamilias: q̄ profert de thesauro suo noua et vetera. Offer. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato circumdata varietate. ps. xliiij. Offer. minor.

Offerentur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi. In tēpore paschali. Alla. Offer. maior Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerētur tibi in leticia et exultatione: adducētur in tēplū regi dn̄o. Offer. Diffusa est gratia i labijs tuis: propterea bn̄dixit te de⁹ i eternū et in sclm sclī. Secr.

Hostias dn̄e quas tibi offerim⁹ ppici⁹ respice: et itercedēte btā N. virgine tua et martyre/ vincula pctoꝝ nroꝝ absolue. Per. Cōio. Diffusa est grā i labijs tuis: ppterea bn̄dixit te deus in eternū. In tpe pasch. Allā alla. Cōio. Principes psecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meū: letabor ego sup eloqa tua: sicut q̄ inuenit spolia multa: ɔcupiuit aīa mea testimonia tua dn̄e et dilexit ea vehemēter. Psal. cxviij Cōio. Feci iudiciū et iusticiā/ dn̄e nō calūniētur michi superbi ad oīa mādata tua dirigebar: oēm viam iiquitatis odio habui. Eodē Cōio Simile est regnū celoꝝ hoī negociatori q̄rēti bonas margaritas iuēta vna pciosa margarita: dedit oīa sua et cōparauit eā. Mat. xxv. F Cōio. Quinq̄ prudētes vgines accepertūt oleū in vasis suis cū lāpadib⁹ media autē nocte clamor fact⁹ est: ecce spōsus venit exite obuiā christo dn̄o. Ibid Postcōio.

Placeāt tibi q̄s misericors de⁹ nr̄ seruitutis obseqa: vt mysteria sacrosctā q̄ sūpsim⁹: itercedēte btā N. virgine tua et martyre: et tuā grām nobis ɔciliēt: et eterne felicitatis gaudiū subministrēt. P d. In natali vni⁹ vgis nō mar. Offi.

Dilexisti iustitiā: et odisti iiquitatē ppterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie pre cōsortib⁹ tuis In tpe pasch. Alla alla. ps. Eructauit cor meū verbū bonum dico ego opa mea regi. Gl'ia pri. Oro. Psal. xliiij.

Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis quesumus sancte virginis tue placitis tibi meritis commendari: cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per dominum. Ad corinthios.

ii.x. D
Fratres. Qui gloriatur in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat/ille probatus est sed quem deus commendat. Utinam sustineritis modicum quid insipientie mee: sed et supportate me. Emulor enim vos: dei emulatione. Despondi enim vos vni viro: virginem castam exhibere christo. Lectio libri sapientie.

viii.a
Sapientia vincit maliciam. Attingit ergo a fine vsque ad finem fortiter: et disponit omnia suauiter. Hanc amaui/et exquisiui a iuuentute mea: et quesiui eam sponsam michi assumere: et amator factus sum forme illius. Generositatem illius glorificat/contubernium habens dei: sed et omnium dominus dilexit illam. Doctrix est enim discipline dei: et electrix operum illius.

Lectio Esaye prophete.

Esaie lxi. D
Gaudens gaudebo in domino / et exultabit anima mea in deo meo. Qui induit me vestimento salutis: et indumento leticie circundedit me. Quasi sponsum decoratum corona et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum et sicut ortus semen suum germinat: sic dominus deus germinabit iusticiam: et laudem coram vniuersis gentibus. Habitabit enim iuuenis cum virgine/et habitabunt in te filii tui.

Esaie lxii. b
Et gaudebit sponsus super sponsam: et gaudebit super te deus tuus. Dicit dominus omnipotens. Grad. Dilexisti

Psal. xliiii.
iusticiam: et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluya. ℣. Diffusa

Ibid.
est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Alia. ℣.

xi A. Cor.
Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginem castam exhibere christo. Sequentia.

Virginis venerande de numero sapientum: festa celebremus socii. Filie matris summi regis sacrosancte marie. Quam sibi in sororem dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunii Et luxuriam secuit ense agonie. Hec contra cunctos hostis dimicauit impetus. Et hostem cruentum freta christi dextera strauerat. Hec sponsum ab aula celi sese inuisentem alacris. Corde iocundo secuta eius est ingressa thalamum. Tuque iam dulcibus plebis delictis. Christo miserias nostras suggerito. Nobis consolationem precando. Secundum Mattheum. xxv. a

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue: et quinque prudentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus/non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit/exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere: venit sponsus. Et que parate erant/intrauerunt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime vero veniunt et relique virgines dicentes. Domine domine: aperi nobis. At ille respondens: ait. Amen dico vobis/nescio

Psal. xliiii. vos. Vigilate itaq3 quia nescitis diem neq3 horam. Offertorium. Offerentur regi virgines post eã proxime eius offerent tibi. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces et munera in honore sancte N. virginis tue gaudẽtes/ psta q̃s/ vt & cõueniẽter hec agere/ et remediũ sempiternũ valeamus acquirere. Per. Cõio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcommunio.

Prosint nobis domine que sumus sumpta mysteria: pariterq3 nos intercedente beata virgine tua N. et a peccatis exuant/ et presidiis tue propiciatonis attollant. Per dominũ. ¶ In natali plurimarum virginum. Officium.

Psal. xliiii. Vultũ tuũ deprecabũtur oẽs diuites plebis: adducentur regi ṽgines

ibidẽ. post eã proxime eius adducentur tibi i leticia & exultatione. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui vt humanũ genus ad cõfessionem tui nominis prouocares: etiã in sexu fragili victoriam martyrii cõtulisti: presta q̃s: vt ecclesia tua hoc exemplo cõmunita: nec pati pro te metuat/ et celestis premii gloriã concupiscat Per dominum. ¶ Ad corinthios.

i. vii. A. Fratres. De virginibus autem preceptũ dñi nõ habeo consilium autẽ do/ tanq̃ miam cõsecutus a dño/ vt sim fidelis. Existimo eñi hoc bonũ esse/ ꝓpter instantẽ necessitatẽ: q̃m bonũ est homini sic esse. Alligatus es vxori: noli querere solutionẽ. Solut9 es ab vxore: noli querere vxorem. Si autẽ acceperis vxorẽ/ nõ peccasti. Et si nupserit virgo: nõ peccauit. Tribulationẽ tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autẽ vobis parco. Hoc itaq3 dico fratres: tẽp9 breue est. Reliquũ est: vt et q̃ habẽt vxores/ tanq̃ non habentes sint. Et qui flent: tanq̃ non flentes. Et qui gaudent tanq̃ non gaudentes. Et qui emunt tanq̃ non possidentes. Et qui vtũtur hoc mũdo: tanq̃ non vtatur. Preterit enim figura huius mundi. Volo autẽ vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est: solicitus est que domini sunt/ quomodo placeat deo. Qui autem cũ vxore est: solicitus est que sunt huius mundi / quomodo placeat vxori/ et diuis9 est. Mulier innupta & virgo cogitat q̃ dñi sũt: vt sit sãcta corpore et spũ. In christo iesu dño nr̃o. Lectio libri sapientie.

O Quã pulchra est casta generatio: cũ claritate. Immortalis est eñi memoria illius q̃m et apud deum nota est/ & apud hoĩes. iiii. A

Cum presẽs est imitant illã: & desiderãt eã cũ se eduxerit: & imperpetuũ coronata triũphat icoinquinatorũ certaminũ p̃miũ vincẽs. Multigena enim impiorum multitudo nõ erit vtilis: et spuria vitulamina non dabũt radices altas nec stabile firmamẽtũ collocabũt. Et si i ramis i tẽpore germinauerit / infirmiter posita: a vento cõmouebuntur: & a nimietate vẽtorũ eradicabũtur. Confringentur eñi rami inconsũmati: & fructus illorũ inutiles & acerbi ad mãducandũ & ad nichilum apti. Ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur testes sũt nequitie/ aduersus parentes in interrogatione sua. Iustus autem si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Grad. Exultabũt sancti Psal. cxlix.

in gloria letabũtur in cubilibus suis ṽ9. Cantate domino cãticũ nouum Ibid.

laus eius in ecclesia sanctorum. Grad. Gloriosus deus in sanctis:

mirabilis in maiestate faciens pro
psal. cxvii. digia. ℣ Dextera tua domine glo-
rificata est in virtute: dextera ma-
psal. xliii. nus tua cõfregit inimicum. Alla.
℣ Adducentur regi virgines post
eam: proxime eius offerentur tibi
in leticia/et exultatione. Euãgel.
Simile est regnum celorum decẽ vir.
psal. xliiii. vt s̃ i officio precedente. Offer. Offe
rentur regi virgines post eã: pro-
xime eius offerentur tibi. Secreta

Hac nos q̃s dñe beatarũ vir-
ginum/et martyrũ tuarũ N.
et N. continuis presidiis adiuuari
pro quarũ venerãda recordatione
hec dona maiestati tue dicãda offe
Mat. xv. A rimus. Per dñm. Cõio. Quinque pru
dentes virgines/acceperunt oleũ i
vasis suis cũ lãpadibus/media aũt
nocte clamor factus est: ecce spõsus
venit exite obuiã xp̃o dño. Postcõ.

Presta q̃s ops deus/vt qui in
sanctarum virginum et mar-
tyrum tuarum N. et N. solẽnitate
percepimus diuina mysteria: earũ
intercessiõe remedia capere merea
mur eterna. Per do. De virgi-
nibus non martyribus Oratio.

Omnips sempiterne deus/qui
nos idoneos non esse perpen
dis ad maiestatẽ tuã sicut dignũ est
exorandam: fac sanctas virgines
tuas N. et N. p nostris interueni-
re peccatis: quarum meritis/no-
bis indulgentiam largiaris. Per
dominũ nostrum iesum. Secreta.

Intercedentibus sanctis vir-
ginibus tuis N. et N. dñe q̃s
plebis tue munus sanctifica: vt ab
oibus noxijs expedita: et hic i eter-
num cuncta sibi profutura perci-
piat. Per dominũ. Postcõmunio.

Quesumus dñe deus noster/vt
sacri mysterij munus indul-
tũ: intercedentibus sanctis virgini-
bus tuis N. et N. et presentis no-
bis vite subsidium: et eternitatis
largiatur effectum. Per dominũ.

De non virginibus. Introitus.

Gaudeamus oẽs i dño: Eccl.
diẽ festũ celebrantes sub
honore btẽ N. de cuius so
lẽnitate gaudẽt ãgeli et
collaudãt filium dei. ps. Eructauit psal. xliiij.
cor meũ verbũ bonũ: dico ego ope
ra mea regi. Gloria patri. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris no
ster: vt sicut de beate N. festi
uitate gaudemus: ita pie deuotio
nis erudiamur affectu. Per domi-
num. Leccio libri sapientie.

Mulierẽ fortem quis inueniet? Puer. vlti. B
procul et de vltimis finibus
preciũ eius. Cõfidit i ea cor viri sui
et spolijs non indigebit. Reddet ei
bonũ et nõ malũ: oibus diebus vi-
te sue. Quesiuit lanã et linũ: et ope
rata est cõsilio manuũ suarũ. Fa-
cta est quasi nauis institoris: de lõ
ge portãs panẽ suũ. De nocte sur-
rexit: deditque predam domesticis
suis: et cibaria ancillis suis. Cõsi-
derauit agrũ/et emit eũ: de fructu
manuũ suarũ plãtauit vineã. Ac-
cinxit fortitudine lũbos suos: et ro
borauit brachiũ suũ. Gustauit et vi
dit/qr bona est negociatio eius: nõ
extinguetur in nocte lucerna eius. Ma
nũ suã misit ad fortia: et digiti eius
apprehenderũt fusũ. Manũ suam
aperuit inopi/et palmas suas extẽ
dit ad pauperem. Non timebit do
mui sue a frigoribus niuis: oẽs eñ
domestici eius vestiti sũt duplicibus.
Stragulatã vestẽ fecit sibi: byssus
et purpura indumẽtũ eius. Nobilis i
portis vir eius: quãdo sederit cum
senatoribus terre. Sindonẽ fecit
et vendidit: et cingulum tradidit
chananeo. Fortitudo et decor indu
mentum eius/et ridebit in die no-
uissimo. Os suũ aperuit sapientie:
et lex clemẽtie in lingua eius. Consi

derauit semitas domus sue:& pa=
nē ociosa nō comedit. Surrexerūt
filie eius:& beatissimam predicaue
rūt et vir ei⁹ laudauit eam. Mul=
te filie congregauerunt diuitas:tu
supergressa es vniuersas. Fallax
grā:et vana est pulchritudo. Mu=
lier timens dnm:ipsa laudabitur.
Date ei de fructu manuum suarū:
et laudent eam in portis opa ei⁹.
Psal. lxiiii. et oia infra Grad. Propter veritatē & mansue
tudinē et iusticiā:et deducet te mi=
rabiliter dextera tua. ℣. Audi filia
& vide & inclina aurē tuā:quia cō=
cupiuit rex speciem tuā. Alla. ℣.
Diffusa est grā in labijs tuis:pro=
pterea bndixit te de⁹ ietnū. Prosa
Mulier laudabilis/fortis/ca=
sta/parens: mulieris steri=
lis/opprobrio carēs. Hec fructum
tricesimum/dedit coniugata: sed
& sexagesimum/viro viduata. Que
in fortitudine/ lumbos castigauit
nunq̄ carens lumine/manu/robo=
rauit. Cuius honorabilis nuptus
mundus luctus fuit/ venerabilis
etiam senectus. Ut sacro eloq̄o pa=
tet erit minime:digna ponderatio
cōtinentis aie. Dilexit silentiū:di=
cens q̄ nesciuit:nec vnq̄ dominiū
in virum q̄siuit. Hec non est de vi=
duis:luxu secli mortuis: bonum
operata. Obsecrationibus & orōni
bus/semper occupata. Recepit ho
spicio vagos: quam ablutio pe=
dum cōmendauit. Et quos tribu=
latio:pressit hos subsidio sācto re=
creauit. N. sancta venerāda:cuius
festa recolēda/redierūt annua. Ca
sta prudens et fidelis: impetrare
nobis velis/gaudia ppetua. Amē.
Uacante. Alleluya. Tractus.
Psal. xliiii: et oia infra Diffusa est gratia in labijs
tuis: propterea benedixit
te deus i eternū. ℣. Accingere gla=
dio tuo:circa femur tuum poten=
tissime. ℣. Specie tua et pulchritu=

dine tua:intende pspere pcede et
regna. ¶ Secundum Matheum.
In illo tēpore. Dixit iesus di
scipulis suis parabolā hanc. xiii.f
Simile est regnū celorū thesauro
abscōdito in agro:quē qui inuenit
homo abscondit/& pre gaudio illi⁹
vadit et vendit vniuersa q̄ habet &
emit agrū illū. Iterū simile est re=
gnū celorum homini negociatori:
q̄renti bonas margaritas. Inuēta
autē vna pciosa margarita: abijt
et vendidit omnia q̄ habuit & emit
eā. Iterū simile est regnū celor sa=
gene misse in mare:et ex oī gnē pi=
sciū congregāti. Quam cū impleta
esset educētes & secus littus/seden
tes elegerunt bonos in vasa sua:
malos autem foras miserunt. Sic
erit in consummatione seculi. Exi
bunt angeli: et separabunt malos
de medio iustorum. Et mittēt eos
in caminum ignis: ibi erit fletus/
et stridor dentiū. Intellexistis hec
omnia. Dicunt ei. Etiam. Ait illis.
Ideo omnis scriba doctus in re=
gno celorum / similis est homini
patrifamilias:qui profert de the=
sauro suo/noua & vetera. Offerto=
riū. Diffusa est gratia i labijs tuis Psal. xliiii. ibidē.
propterea benedixit te de⁹ in eter=
num. Offr. Filie regum in honore
tuo: astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato: circundata
varietate. Secreta.
Accepta tibi dne sit sacre ple=
bis oblatio:pro tuorum ho=
nore sanctorum:quorum se meri=
tis percepisse de tribulatiōe cogno
scit auxiliū. Per. Cōio. Simile est Mat. xxv.f
regnū celorū homini negociatori
querēti bonas margaritas:inuēta
vna preciosa margarita dedit oia
sua:et cōparauit eā. Postcōmunio
Satiasti dne familiam tuam
muneribus sacris eius q̄s in
terrentione nos refone: cuius so

lennia celebramus. Per dominũ.
¶Sequunt misse votiue siue cões q̃ dici possunt per septimanam. Et primo die dñica: de sanctissima trinitate. Lune de angelis. Martis. Salus populi. Mercurij de sancto spiritu. Jouis de venerabili sacramento. Veneris de sancta cruce. Sabbato de nostra domina. ¶De sanctissima trinitate. Officium.

Eccl. laus. ertho bie. xi. B Benedicta sit sancta trinitas/atq̃ indiuisa vnitas: cõfitebimur ei/quia fecit nobiscũ misericordiam suam. ¶In tempore paschali. Alla alla ps. Bñdicam9 prem & filiũ: cũ scõ spiritu. Oro.

Dan. iii. Omnips sempiterne de9: q̃ dedisti famulis tuis i cõfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere/& i potentia maiestatis adorare vnitatẽ: quesum9 vt eiusdem fidei firmitate/ ab omnibus semper muniamur aduersis. Qui viuis et regnas. ¶Ad Romanos.

xi. D O Altitudo diuitiarũ/sapiẽtie & scientie dei: q̃ incomprehẽsibilia sunt iudicia ei9: et inuestigabiles vie eius. Quis eñi cognouit sensũ dñi/aut quis consiliari9 ei9 fuit? Aut quis prior dedit illi/& retribuetur ei? Qm ex ipso/& p ipsũ/& in ipso sunt oia: ipsi gl'a in secula seculorũ amẽ. ¶Ad corinthios.

ii xiii D Fratres: Gr̃a dñi nr̃i iesu xpi & caritas dei/& cõmunicatio sct'i spũs/sit semp cũ oĩbus vobis In xpo iesu dño nr̃o. Gr. Benedict9 es dñe q̃ intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedicite deũ celi: qr fecit nobiscũ misericordiã suã. Alla. V. Benedict9 es dñe de9 patrũ nostrorũ: & laudabilis in secla. Alla. V. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi: sit nomẽ dñi benedictum ex hoc nunc et vsq̃ in seculum. ¶Sequentia.

(Margin notes: Dan. iii. — Ibid. — Psal. cxii.)

Benedicta sit btã trinitas deitas etna: pariter coequalis gl'ia. De9 genitor nat9 genit9 cũ sacro pneumate pmanẽs sup om̃i qđ extat. Quib9 est semp vna volũtas & a se discrepãs haud vnq̃/triplicata psona. Nã constat deitas vna nõ ires deos diuisa: quod fides fatetur a xpo ortodoxe dedita. Hec naq̃ pellit delicta patriã cedit serenã: quã dulcẽ iubilãt agmina/ simphoniã celica. Altitudo throni vestigia imitant stolis cãdidata. Operiũturq̃ binas quas capiant post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei supna dem9 nr̃a debita. Quatenus caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultimoq̃ peracto discrimine possimus altis perfrui mox palatijs. Quos pspicua lux flagrat accẽsa constãti flãma que de9 est visio nr̃a & salus etna. Angelorũq̃ illustrat fortiter pectora. Ut i xpo solo sua defigant lumina. Hec naq̃ est illa sitis flagrans quã tũc sitiẽt aĩe sanctorum vel corpora. Dum fuerit data perpetua eis p nobis a iudice pmia. Amen. ¶Secundum. Johanem. xv. D

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclytus/quẽ ego mittam vobis a patre spiritũ veritatis qui a patre pcedit ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis: qr ab initio mecum estis. Hec locut9 sũ vobis vt nõ scãdalizemini. Absq̃ synagogis facient vos. Sed venit hora: vt oĩs q̃ interficit vos arbitretur obsequiũ se pstare deo. Et hec faciẽt vobis: qr nõ nouerunt patrẽ neq̃ me. Sed hec locutus sũ vobis: vt cũ venerit hora eorũ reminiscamini: quia ego dixi vobis. Offr. Benedictus sit deus

pater unigenitusq; dei filius: sanctus quoq; spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suã. In tẽpore paschali. Alleluya. Secreta.

Sanctifica qsum⁹ dñe de⁹ trinitas sãcta p tui sancti nois inuocationẽ huius oblationis hostiã: & cooperãte spũ sctõ p eã nosmetipsos tibi perfice munus eternũ. Qui vi. In vni. eiusdẽ. Prefa. Qui cũ vni. Cõio Bñdicimus deũ
Dan. iii. E celi: et corã oib⁹ viuẽtib⁹ cõfitebimur ei: quia fecit nobiscum miam suã. In tpe pasc. Allã all. Postcõio

Proficiat nobis ad salutẽ corporis & anime domine deus hui⁹ sacramẽti susceptio/et sempiterne sancte trinitatis: eiusdemq; indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Missa de angelis. Officium.

Benedicite dñz omnes angeli ei⁹ potentes virtute qui facitis verbũ ei⁹/ad audiẽdã vocẽ sermonũ ei⁹. In tpe paschali. Allã. ℣ Bñdic aia mea dño: & oia q
ibidẽ intra me sũt nomini sctõ ei⁹. Orõ.

Perpetuũ nobis dñe tue miserationis presta subsidiũ: qb⁹ & angelica prestitisti suffragia non deesse. Per dñz. Lectio libri apocalipsis beati Johannis apostoli.

xix. b In diebus illis. Dixit michi angelus. Scribe beati qui ad cenam nuptiarũ agni vocati sunt. Et dixit michi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ad pedes ei⁹: vt adorarẽ eũ. Et dixit michi. Uide ne feceris: cõseruus enim tuus sũ & fratrũ tuorũ habentium testimonium
Psal. cii. iesu. Deũ adora. Gr̃ Bñdicite dominũ oẽs angeli eius potẽtes virtute qui facitis verbũ eius. ℣ Bñdic aia mea dño: et oĩa interiora mea nomen sanctũ ei⁹. Allã. ℣ In conspectu angelorũ psallã tibi dñe deus meus. Scdm iohannem.

In illo tempore. Erat dies festus iudeorũ: et ascendit iesus hierosolymã. Est aũt hierosolymis pbatica piscina/q cognominatur hebraice bethsaida: quinq; portic⁹ habẽs. In his iacebat multitudo magna lãguẽtiũ/cecorũ/claudorũ/aridorum expectãtium aque motum. Angelus autẽ dñi scdm tempus descendebat in piscinã: & mouebatur aqua. Et qui prior descẽdisset in piscinã post motionẽ aq̃ san⁹ fiebat: a quacunq; detinebatur infirmitate. Offr̃ Stetit angel⁹ iuxta arã tẽpli habens thuribulũ aureũ in manu sua: et data sunt ei incensa multa: et ascẽdit fumus aromatum in conspectu dei alleluya. Secreta. v. A / Ecce.

Hostias tibi dñe laudis offerimus suppliciter deprecãtes: vt easdẽ angelico p nobis interueniẽte suffragio/et placat⁹ accipias et ad salutẽ nostram prouenire cõcedas. Per dñz. Cõio Bñdicite oẽs angeli dñi dño: hymnũ dicite & superexaltate eũ in secula. In tẽpore paschali. Alleluya. Postcõmunio. Dan. iii. D

Repleti dñe bñdictione celesti suppliciter exoramus: vt quod fragili celebram⁹ officio: sanctorũ angelorũ/atq; archangelorũ oimq; celestiũ spirituũ: nobis prodesse sentiam⁹ auxilio. Per dñm.

Sciẽdũ est q p totũ aduentũ: & a Dñe ne i ira. vsq; ad caput ieiunii & ab oct. pasc. vsq; ad ascẽ dñi. & a fes. sancte trinitatis vsq; ad aduẽ. dñi: singulis ebd. semel. solet dici mis. Salus ppli. p fratribus et sororibus: ita videlicet q si vacauerit a festis sanctorũ & extra oct. cũ regimine chori: & si missa dñicalis in ebd. cãtãda fuerit cõpleta cõme.

quoque bte marie et festi loci et ppzie epke et euange. pprÿa ppter illã missam nõ fuerint permissa: tũc illa si qua dies vacauerit est cantanda. Si vero ppzie epke et pprÿa euangel. q̃ quartis fe. iticulãtur/frequẽter nequeant ibi dici: in primis sequẽtib⁹ ferijs si vacauerint plegãtur: nec ppter mis. Salus ppli vel Nos autẽ alicubi p totũ annũ aliqualiter omittãtur. In missis etiã Sal⁹ po. vel Nos aũt. sup Kyrie. Sãctus et Agn⁹. semp dicit̃ ... ferial. Et notãdũ est q per totum temp⁹ p̃dictũ/q missa dñicalis in dñica vel i secũda feria cãtata fuerit et. iij. fer. vacauerit sẽp dr missa Sal⁹ populi. in ipsa iij. fer. et si nõ vacauerit tunc in aliqua fe. ipsius ebdo. que ad hoc vacant. cantetur. Et sciendũ est q missa Sal⁹ po. est in dispositione cantoris/quando conuenienti⁹ et quota feria/potest dici. Qñ vero dr missa Sal⁹ p. tũc nulla dr meoria de do. neque de aliqua mis. iij. r. nisi i aduẽ. Dicat etiã missa Salus ppli. i vna quaque ebdõ. semel nisi in. xl. et nisi festũ ipediat vel octa. cũ regimine ch. et nisi infra tẽp⁹ nati. dñi: et nisi in ebdo. pasche et pẽche. Ad missam. Offiti.

Eccle Salus populi ego sũ dicit dñs: de quacũque tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos et ero illoz dñs i ppetuũ. In tpe paschali. Allã allã. ps. Attẽdite popule me⁹ legẽ meã: inclinate aurẽ vestram/in verba oris mei.

Psal. lxxviii. Nõ dr Gloria in ec. i hac mis. Or.

Deus qui caritatis dona/p gratiã sancti spirit⁹/tuozũ cordib⁹ fideliũ infundis: da famulis et famulabus tuis/fratribus et sororibus nostris pro quibus tuã deprecamur clementiã/salutẽ mẽtis et corporis: vt te tota virtute diligant/et q̃ tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Per dominũ. nostrum. In vnitate eiusdem. etc.

Lectio esaie prophete.

Hec dicit dñs de⁹. In die illa deferet mun⁹ dño exercituũ: et rex fortis dñabit eoz. In die illa erit altare dñi in medio terre: et cognoscet dñs: et colẽt eũ i hostiis et munerib⁹: et vota voue būt dño et soluẽt. Et reuertent ad dñm et placabit eis: et sanabit eos. In die illa erit israel bñdictio in medio terre cui benedixit dñs exercituũ dicẽs. Benedictus popul⁹ meus/et opus manuũ mearũ hereditas mea isrl. Dicit dñs ops. Gr. Propici⁹ esto dñe peccatis nostris: nequando dicant gentes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster/et propter honorẽ nõis tui dñe libera nos. Allã. V⁹ Ostende nobis dñe miam tuam: et salutare tuum da nobis. In tẽpore paschali scdm Allã erit de missa dñica. per ebdo. sicut in festis sine regimine chori. Tamẽ in pcessiõe vbi fit statio. ij. Allã nõ dicet. Idẽ mod⁹ obseruetur in missa p pace/et cõsimilib⁹. xix. d

Secundum Marcum.

In illo tẽpore. Sedẽs iesus cõtra gazophilatiũ: aspiciebat quomodo turba iactaret es i gazophilatium. Et multi diuites iactabant multa. Cũ venisset autẽ vna vidua paupercula: misit duo minuta/qd est quadrãs. Et cõuocans discipulos suos ait illis. Amen dico vobis: quia vidua hec paupercula/plus oib⁹ misit: qui miserũt in gazophilatiũ. Oẽs eni ex eo qd abundat illis: miserunt. Hec vero de penuria sua oia q̃ habuit: misit totũ victũ suũ. Offr. Exaudi de⁹ orationẽ meã/et ne despexeris deprecationẽ meã intẽde in me/et exaudi me. xii. D

In tpe pasch Allā. Sequētes duo v. dnr alternis vicib⁹ infra aduē. dñi: & a.lxx. vsq ad.l.eā. v Cōturbatus sum a voce inimici: et a tribulatione peccatoris: et expectabā eum qui me saluū faceret. v⁹. Ego autem ad deū clamaui libera animam meam: et extendes manum tuā in retribuendo illis. Secreta.

Miserere q̄sumus dñe famulis et famulabus tuis p quibus hoc sacrificiū laudis tue offerimus maiestati: et presta/vt p hec sancta superne benedictionis gratiam obtineāt: et gloriā eterne felicitatis acquirant. Per dñm. Cōio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. In tempore paschali Alleluya alleluya. Postcōmunio.

Diuina libantes mysteria q̄s domine: vt hec salutaria sacramenta/illis proficiant ad prosperitatem et pacem pro quor quarūcq dilectione/hec tue obtulimus maiestati. Per dominū nostrum.

¶ In commemoratione sancti spiritus. Ad missam. Officium.

Sap. i. B Spirit⁹ dñi repleuit orbem terrarum alleluya: & hoc qđ cōtinet oīa scientiā habet vocis allā allā allā.

Ps. lxvij. Ps. Exurgat de⁹ et dissipentur inimici eius: et fugiāt qui oderūt eum a facie eius. Orō.

Deus qui corda fidelium sancti spirit⁹ illustratiōe docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere: et de eius semper cōsolatione gaudere. Per dominū. In vnitate eiusdē. Lectio actuū apl̄orum

viij. c In diebus illis. Cū audissent apl̄i q̄ erant hierosolymis q̄r recepisset samaria verbū dei: miserūt ad eos petrū & iohānē. Qui cū venissēt orauerūt pro ipsis: vt acciperēt spm̄ sctm̄. Nondū eñ i quēq̄ illorū venerat: sed baptizati tantū erāt i noīe dñi iesu. Tūc iponebāt man⁹ sup illos: & accipiebāt spiritū sāctū. Gr. Beā gēs cui⁹ est dñs de⁹ eorū popul⁹ quē elegit dñs in hereditatem sibi. v. Verbo dñi celi firmati sunt: & spū oris ei⁹ oīs virtus eor. Allā. v. Veni scē spūs reple tuor corda fideliū/& tui amoris i eis ignē accende. In tpe pasc. primū Allā. v. Emitte spiritū tuū et creabūtur: et renouabis faciem terre. Scdm Allā. v Veni scē spirit⁹ reple tuor corda fideliū et tui amoris in eis ignē accende. Seq̄.

Psal. xxxij ibidē ecclo.

Veni sancte spirit⁹ et emitte celit⁹ lucis tue radiū. Veni pater pauperum veni dator munerū veni lumen cordiū. Consolator optime dulcis hospes aie dulce refrigeriū. In labore requies in estu tēperies i fletu solatiū. O lux beatissima reple cordis intima tuorū fidelium. Sine tuo numine nichil est i lumine nichil est inoxium. Laua quod est sordidū riga qđ est aridū sana quod est sauciū. Flecte qđ est rigidū foue qđ est frigidum rege qđ est deuiū. Da tuis fidelib⁹ in te cōfidētib⁹ sacrū septenarium. Da virtutis meritū da salutis exitum da perenne gaudium. Amen.

¶ Secundum iohannem.

xiiij. D In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. Si q̄s diligit me sermonē meū seruabit. Et pater me⁹ diliget eū: et ad eū veniem⁹/et mā sionē apud eū faciem⁹. Qui nō diligit me/sermones meos non seruat. Et sermonē quem audistis nō est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autē spiritus sanct⁹/quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oīa/

et suggeret vobis oīa q̄cūq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Nō turbetur cor vestrum: neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq;: quia vado ad patrē/quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iam nō multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius/et in me nō habet quicq̄. Sed vt cognoscat mūdus quia diligo patrem: et sicut mādatū dedit michi pater: sic facio. Offr. Cōfirma hoc deus qd̄ operat⁹ es in nobis: a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerēt reges munera alleluya. Secreta.

Psal. lxvii.

Munera quesumus dn̄e oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dn̄m. In vnitate eiusdem. Prefatio. Qui ascendens. Non dicitur in hac prefatione. Hodierna die. nisi in hebd̄. penthe. tm̄. Cōio.

Actu. ij. A

Factus est repente de celo son⁹ aduenientis spiritus vehemētis vbi erāt sedētes alleluya: et repleti sūt oēs spiritu sct̄o loquentes magnalia dei alleluya alla. Postcōio.

Sancti spiritus dn̄e corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dn̄m. In vnitate eiusdem &c.

In cōmeōra. corpis xp̄i. Offm̄.

Cibauit eos ex adipe frumenti alleluya: et de petra melle saturauit eos alleluya alla alla.

Psal. lxxx.

Ps. Exultate deo adiutori nr̄o: iubilate deo iacob. Or̄o.

Ibid.

Deus q̄ nobis sub sacramento mirabili passiōis tue memoriam reliquisti tribue quesum⁹ ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari/vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiam⁹. Qui viuis et regnas cum deo patre. Ad corinthios.

Fratres. Ego eni accepi a domino qd̄ et tradidi vobis: q̄m dn̄s iesus in qua nocte tradebat: accepit panē et grās agēs fregit: et dixit. Accipite et māducate: hoc est corpus meū qd̄ pro vobis tradet. Hoc facite in meā cōmeōrationē. Similiter et calicē postq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamētū est i meo sanguine: hoc facite quotienscunq; bibetis in meā cōmemorationem. Quotiēscunq; eni māducabitis panē hūc et calicē bibetis: mortē dn̄i annūciabitis donec veniat. Itaq; q̄cunq; māducauerit hūc panē: vel biberit calicē dn̄i idigne: reus erit corporis et sanguinis dn̄i. Probet autē seipsū homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim māducat et bibit idigne; iudiciū sibi māducat: et bibit nō diiudicans corp⁹ dn̄i. Gr. Oculi oīm i te sperant dn̄e: et tu das illis escā in tpe oportuno. V⁹. Aperis tu manū tuā et iples omne animal bn̄dictione. Alla. V⁹. Caro mea vere est cibus: et sāguis me⁹ vere est pot⁹ q̄ māducat meā carnē: et bibit meū sāguinē in me manet et ego i eo. Seq̄ntia q̄ voluerit. quere i festo corporis christi. Secundum Johannē.

j. ij. B

Psal. cxliiij. Ibid.

Jo. vj D

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeor̄. Caro mea vere est cib⁹: et sanguis me⁹ vere est potus. Qui māducat meā carnē: et bibit meū sanguinē in me manet: et ego in illo. Sicut misit me viuēs pr̄: et ego viuo propter patrē. Et qui māducat me: et ipse viuet ꝑpter me. Hic est panis qui de celo descēdit. Nō sicut māducauerūt patres vestri manna in

vj. D

in deserto: et mortui sunt. Qui manducat hunc panē: viuet in eternū.

Leui. j. A. b — Offer. Sacerdotes domini incensū et panes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo/ et non polluent nomen eius alleluya. Secreta.

Ecclesie tue q̄s dn̄e unitatis et pacis propicius dona concede: que sub oblatis muneribus mystice designant. Per. Prefatio. Quia

j. cor. xj. F. — p incar. Cōio. Quotienscūq; mādu cabitis panē hunc et calicē bibetis mortē dn̄i annūciabitis donec veniat: itaq; quicunq; mādūcauerit panē/vel biberit calicē dn̄i indigne: reus erit corporis et sanguinis domini alleluya. Postcōmunio.

Hac nos quesumus domino diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quam preciosi corporis et sanguinis tui/tēporalis perceptio prefigurat. Qui viuit et regnat cū deo prē. ¶ Sciendū est q missa de cruce dicit omi. vj. feria a Deus oīm. vsq; ad aduentum dn̄i: nisi fest. ix. lect. ipediat/vel octa. cū regimine chori. vel dies octa. vel quod ex necessitate oporteat agere missā dn̄icalē/vel aliqd tale festū iij. lect. qd aliqd ppriū hz seruitiū. Si vero i. vj. fer. aliquod fest. triū lec. euenerit vn̄ nullū ppriū habeat seruitiū: tūc est in dispositiōe cātoris dicere missā de cruce vel nō. Cū vo vj. feria omnino a festo vacauerit/et non oportet ex necessitate dicere missam dn̄icalē: semp infra pdictū tps dr missa de cruce/qbus oēs hore dicant de fer. et nulla fiat meor. de missa dn̄icali. Tamē si oporteat dicere missam Salus populi. omnino pretermittatur missa de cruce.

¶ Ad missam de cruce. Officium.

Galat. vj. A — Nos autē gloriari oportet in cruce dn̄i nr̄i iesu xp̄i/in quo est salus vita et resurrectio nr̄a/ p quē saluati et liberati sumus. In die pasch. Allā allā. Ps. Deus misereat nr̄i et bn̄dicat nobis illuminet vultū suū sup nos et misereat nostri. — Psal. lxvj.

Nō dicitur Gloria in excel. Oro.

Deus q̄ vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi precioso sāguine viuifice crucis vexillū sanctificare voluisti: concede quesumus. eos qui eiusdem sācte crucis gaudēt honore: tua quoq; vbiq; protectione gaudere. Per eundē dn̄m nostrū. ¶ Ad philippenses.

Fratres. Christus factus est pro nobis obediēs vsq; ad mortē/mortē aūt crucis. Propter quod et deus exaltauit illū: et donauit illi nomen qd est super oīe nomen: vt i nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestriū/et infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus noster iesus christus: in gloria est dei pris. Gr. — ij. D

Phil. ij. D — Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortē: mortem autē crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illū: et dedit illi nomen quod est sup omne nomen. Alleluya. V.

Eccl. — Dulce lignum dulces clauos/dulcia ferens pondera: q sola fuisti digna/sustinere regē celorū et dn̄m. In tpore pa[s]chali. ij. Alleluya. V. Nos autem gloriari oportet i cruce domini nostri iesu christi.

¶ Secundum matheum.

Sumpta quesumus domine celestis mysterii sacramenta ad prosperitatem itineris famulorum tuorum proficiant: et eos ad salutaria cuncta perducant. Per dominum.

Post missam dicat sacerdos has sequentes orationes super peregrinos prostratos coram altari/ si ne profecturi fuerint ad hierusalem/ siue ad sancti iacobi limina: vel ad aliam peregrinationem cum Dominus vobiscum. Oremus.

Deus infinite misericordie et maiestatis immense: quem nec spacia locorum/ nec interualla temporum ab his quos tueris abiungunt adesto famulo tuo vel famulis tuis in te vbique confidenti vel confidentibus/ et presta: vt per eam quam iturus est vel ituri sunt viam dux ei vel eis: et comes esse digneris: nichil ei vel eis aduersitatis noceat: nichil difficultatis obsistat/ cuncta ei vel eis sint salubria/ cuncta sint prospera: vt sub ope dextere tue quicquid iuste petierit vel petierint desideria celeri prospero consequatur vel consequantur effectu. Per christum dominum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus / qui es via/ veritas/ et vita: iter ve-

strum vel tuum in beneplacito suo disponat/angelũ suũ raphaelem in hac peregrinatione vestra vel tua custodem adhibeat:qui ad loca desiderata cum pace te eundo perducat et cum salute iterum te ad nos redeundo reducat. Sit interuentrix tua vel vestra/beata dei genitrix maria cum vniuersis angelis et archangelis/patriarchis quoq; et prophetis. Sint intercessores tui vel vestri sancti apostoli petrus et paulus cum ceteris apostolis/martyribus/confessoribus/atq; virginib9 obtineant tibi vel vobis sacti:quorum queris vel queritis suffragia cum omnibus sanctis/iusta deside ria et prosperitatem:remissionẽq; omnium peccatorũ/ad vitam eternam. Per eundem dñm nostrum.

¶ Deinde communicentur: et ita recedant in nomine domini.

¶ Sciendũ est q quotidie p aduẽtũ dñi qñ chorus non regitur:vsq; ad vigiliam natiuitatis dñi:et ab octauis epyphanie vsq; ad quartã feriam ante pascha:et a crastino sãcte trinitatis vsq; ad aduentum domini:ante tertiam dicitur missa in capitulo pro fidelibus defunctis cum diacono et subdyacono albis cum amictibus indutis tantum:nisi precedente die festum duplex:vel octa.cum regimine chori contigerit:tunc enim nulla erit missa p defunctis in capitulo:et nisi quando corpus adest presens:et etiam in anniuersarijs episcoporum:tũc enim ad altare autenticũ aliquãdo dicitur missa aliquando ad alia altaria iuxta que corpora eorum requiescunt humata. Item nulla feria in paschali tẽpore dicitur missa capitularis pro defunctis:nisi fuerit corpus presens vel anniuersarium/vel aliquod trigintale.

¶ Ad missam. Officium.

Requiẽ eternã dona eis domine:et lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in syon:et tibi reddetur votum in hierusalem:exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. Eccl. Psal. lxiiij.

¶ Nota q ad quanlibet missam que pro corpore presenti celebratur cuiuscũq; fuerit nisi pro rege vel regina vel alio magno domino quinq; dicunt orones. Prima oratio. Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam supplices deprecamur vt animam famuli tui. Secunda oratio. Deus qui inter apostolicos. Tertia oratio De9 venie lar. Quarta oro. Ops et misericors deus. vnica salus mortaliũ. Quinta oro. Fidelium de9 oim. Infra trigintale quinq; dnr orones. Prima oratio. Deus cui propriũ est misereri. minor. et cetere orones vts p corpore pñti. Itẽ in tricesima die oẽs orones dnr vt ifra trigitale. In oibus anniuersarijs quinq; dnr orones. Prima oro. De9 indulgẽtia, cetere vts. p corpore pñti. In anniuersarijs tñ simplicib9 cuiuscunq; canonici vel cuiuscunq; alterius oro sic pnunciet. De9 indulgentiarũ dñe da aiabus fa. Si missa pro corpore pñti/vel anniuersariũ cuiuscunq; fuerit ifra trigintale celebret. Prima oro pro corpore pñti vel anniuersario dr. Scda p trigintali oro. Deus cui propriũ.minor. Tertia. De9 qui inter apostolicos. Quarta Deus venie largitor. Quinta. Fideliũ de9 oim. Qñ aũt dr missa ferialis in capi. pro defunctis/tres dnr orones:prima. Deus qui inter apostolicos. Secunda. Deus venie largitor. Tertia Fideliũ. Quando cunq; corp9 est presens et i anniuersarijs epor et decanor ecclie vostq;

executor officii in inceptione misse altare thurificauerit: dyaconus cum thuribulo accedat: et corpus illud in feretro vel i tumba icenset similiter ante euangelium dum tractus canitur incensato prius altari: et tertio postquam sacerdos sacrificium ante lotionem loco suo dispositum thurificauerit/ idem dyaconus thurificet sicut prius non circuneundo corpus in feretro vel tumbam sed ex vtraque parte/ vtraque vice incipiendo a capite semper eum thurificando. Nunquam enim thurificatur corpus ad Placebo. vel ad Dirige. secundum vsum. Sarum: sed hoc semper nisi fuerit corpus regis/ epi comitis vel baronis. Quotidie ante diem sepulture pro corpore presenti cuiuscunque fuerit dicitur ista. Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere/ te supplices deprecamur pro aia famuli tui quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manibus inimici/ nec obliuiscaris i finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi/ atque ad regionem viuorum perduci: et quia in te sperauit et credidit: sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per.

¶ Pro corpore presenti et i anniuersariis et tricenalibus epor et in die animarum etiam. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad thessalonicenses.

iiii. C Fratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod iesus mortuus est et resurrexit ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus i verbo dni: quia nos qui viuimus qui residui sumus: i aduentum dni non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dns i iussu et i voce archangeli et i tuba dei descendet de celo: et mortui qui in xpo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis i nubibus/ obuiam xpo in aera et sic semper cum dno erimus. Itaque consolamini inuicem: in verbis istis.

¶ In anniuersariis et tricenalibus aliorum quorumlibet. Lectio libri mach.

In diebus illis. Uir fortissimus iudas collatione facta/ duodecim milia dragmas argenti misit hierosolymam: offerri ea ibi pro peccatis mortuorum: iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare/ vt a peccatis soluantur. ii. xii. G

¶ He due sequentes epistole legantur per totum annum ad mis. quotidianam pro defunctis alternis vicibus per totam ebd. Lectio libri apocalipsis beati Johannis apostoli.

In diebus illis. Audiui vocem de celo dicentem michi. Scribe beati mortui qui domino moriuntur. Amodo enim iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. xiiii. C

¶ Ad corinthios.

Fratres. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium. Quoniam quidem per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut i adam omnes moriuntur ita et i xpo omnes viuificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine. xv. C

¶ Quandocunque corpus sit presens cuiuscunque fuerit et i omnibus missis pro eo dr a tribus clericis de secunda forma habitu non mutato ad caput defuncti si adest: si non autem ad gradum chori. Gr. Si ambulem in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es dne. V. Uirga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et idem Gr. semper icipiatur et suus versus cantetur a tribus clericis de secunda for- p. xxi

ma habitu nō mutato ad caput defuncti si adest: sin autē ad gradū chori. In oib⁹ aliis missis p defunctis dicat sequens grā. a toto choro simul interim sedēte nisi i die aiarū
Ecclesiae deprecatio. Gr. Requiē eternā dona eis dn̄e: et lux perpetua luceat eis. V Aie eorū in bonis demorent: et semē eorū hereditet terrā. Ita q̄ idē incipiat et su⁹ v. pcantet a trib⁹ clericis de secūda forma habitu non mutato qn̄ cūq3 corp⁹ adest p̄sens ad caput defuncti cū sin autē ad gradū chori: et i die aiar in pulpito. Alias illud idē grad. Requiē eternā. et su⁹. V. Aie eorū. quotienscūq3 cantant i anniuersariis et trigintalib⁹: et i missis ferialib⁹ p defunctis post eorū inceptionē a toto cho. iteri sedēte absq3 neuma i fine percātet. Quādocūq3 corpus sit p̄sens / et i oib⁹ missis p ep̄is defunctis: dicat tractus. Sicut ceruus desi. scd̄m vbi gr. a quatuor clericis de supiori gradu / habitu nō mutato nequaq̄ vt i aliis tract. alternatim sedentibus: sed iteri ꝯtinue stātib⁹ ad caput corpis qn̄ p̄sens fuerit vel ep̄i defuncti si adest: sin autē ad gradū chori quousq3 finierint ipsū tractū: ita q̄ oēs illi quatuor clerici sit primū v. icipiāt quū duo ex pte chori principalis ꝯsequāt. Sequēs v. ab aliis duob⁹ ex altera parte cātet: et sic alternis vicib⁹ singuli v. toti⁹ tract⁹ ab illis quatuor dicāt choro simul iteri sedēte ita q̄ dē vt oēs simul ipsū tract. terminēt. Tract⁹.

P. xli. et oia infra

Sicut ceru⁹ desiderat ad fontes aquarū ita desiderat anima mea ad te de⁹. V Sitiuit anima mea ad deū viuū: qn̄ veniā et apparebo ante faciē dei mei. V Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicitur michi p singulos dies vbi est de⁹ tu⁹. In anniuersariis et trigintalib⁹ et i oib⁹ aliis missis pro defunctis / dr̄ sequēs tract⁹.

De pfundis. a toto choro alternatim simul iteri sedēte cū cātu i gr. super hoc notato: nisi i die aiarum tāctū. tūc cū dr̄ cū eodē cātu quo in dn̄ica. lxx. a quatuor clericis de superiori gradu habitu non mutato ad gradū chori supradicto modo quo scʒ tract⁹. Sicut ceruus. Tr.

De profundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocem meā. Psal. cxxix.
V Fiāt aures tue intendētes: i orōnē serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris dn̄e: dn̄e quis sustinebit. V Quia apud te ꝓpiciatio est: et propter legem tuam sustinui te dn̄e. Pro corpore presenti / et i oibus anniuersariis et trigintalib⁹ eorū et in die aiarū: sic i dn̄icis et in secundis feriis quando dicit mis. ferialiter i capitulo vel alibi: dr̄ sequens euangelium. Secundū Johannē.

In illo tpe. Dixit Martha ad iesum. Domine si fuisses hic: xi. C
frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecunq3 poposceris a deo: dabit tibi de⁹. Dixit illi iesus. Resurget frater tu⁹. Dixit ei Martha. Scio: quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dixit ei ies⁹. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit viuet. Et ois qui viuit et credit in me non morief in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiq3 dn̄e: ego credidi / quia tu es xp̄s filius dei viui: q̄ i hūc mūdū venisti.
C Feria. iii. Secundū Johannem.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorū. vi. G
Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eū qui venit ad me / nō eiciā foras. Quia descendi de celo: nō vt faciā volūtatē meā: sed volūtatē ei⁹ q̄ misit me. Hec est autē volūtas ei⁹ q̄ misit me patris vt omne qd̄ dedit michi / nō pdā ex eo: sed resuscitē illud in nouissimo die. Hec

est enim voluntas pris mei qui misit me: vt ois q̄ videt filiū et credit in eū/habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die.
¶Feria.iiii. Secūdum Johannē.

v. D In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorū Amen amē dico vobis: quia q̄ verbum meū audit et credit ei q̄ misit me habet vitā eternā. Et in iudiciū nō venit: sed transite a morte i vitā. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nūc est: quando mortui audiēt vocē filii dei: et q̄ audierint viuēt. Sicut eñ pr̄ habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitā habere in semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: quia fili⁹ hois est. Nolite mirari hoc: quia venit hora i qua oēs q̄ i monumētis sunt audiēt vocē filij dei. Et procedēt q̄ bona fecerūt: in resurrectionē vite: q̄ vero mala egerūt: in resurrectionē iudicii. Fer. v. Scdm Johannē.

v. D In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis/et turbis iudeorū. Sicut pr̄ suscitat mortuos/et viuificat: sic et filius quos vult/viuificat. Neq3 eñ pr̄ iudicat quemq̄: sed omne iudiciū dedit filio: vt oēs honorificent filiū/sicut honorificant patrē. Qui non honorificat filiū: non honorificat patrem: qui misit illū. Amē amē dico vobis: quia qui verbū meū audit/et credit ei q̄ misit me: habet vitā eternā. Et i iudiciū nō venit: sed trāsiet a morte in vitā. ¶Fer. vi. Secundū iohannē.

vj. E In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorū. Ego sū panis viu⁹: q̄ de celo descēdi. Si quis mānducauerit ex hoc pane: viuet i eternū. Et panis quem ego dabo: caro mea est p̄ mundi vita. Litigabāt ergo iudei adinuicē/dicentes. Quomodo potest hic carnē suā dare nobis ad mānducandū: Dixit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis nisi māducaueritis carnem filij hois: et biberitis ei⁹ sanguinem/nō habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē et bibit meū sanguinē/habet vitā eternā. Et ego resuscitabo eū i nouissimo die. ¶Sabbo. Scdm Johānē.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis/et turbis iudeorū. vi. F
Amen amen dico vobis/nisi manducaueritis carnē filii hois et biberitis eius sanguinē/nō habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē/et bibit meū sanguinem/habet vitam eternā. Et ego resuscitabo eum/i nouissimo die. Offer. Dn̄e Eccl.
iesu xp̄e rex glorie libera aīas oīm fideliū defunctorū de manu inferni et de p̄fundo lacu/libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant i obscura tenebrarū loca/sed signifer sanctus michael representet eas i lucē sanctā. Quā olim abrahe p̄misisti et semini ei⁹.
¶Notandū est q̄ quicunq3 corpus adest presens et i oib⁹ āniuersariis et trigintalib⁹ post ablutionē manuū/īcipiat sacerdos iūctis manib⁹ i medio altaris. Hostias et preces tibi dn̄e offerim⁹. Chor⁹ respōdeat Tu suscipe p̄ aīab⁹ illis quarū hodie memoriā agimus/fac eas dn̄e de morte trāsire ad vitā. Et iterū dicat sacerd. priuati. In spū humilitatis. more solito. Deide cōuers⁹ ad p̄p̄lm dicat sub priuati Orate fr̄es et sorores p̄ fidelib⁹ defūctis. Et chor⁹ respōdeat cātando. v Requiē eternā dona eis dn̄e/et lux p̄petua luceat eis. Quā oli abrahe p̄misisti et semini ei⁹. In oib⁹ vo aliis missis p̄ defūctis q̄ ferialit̄ dr̄r et qū vltio añ pascha cōpletur. offm̄ mort̄ et etiā i die aiar nō dr̄ In die aiar eñ. Offr̄ O pie de⁹ qui primū hoiem ad etnā gloriā reuocasti/pa

stor bone q̄ ouē ꝑditā pio humero ad ouile reportasti:iuste iudex dn̄ veneris iudicare libera de morte aias eorū quas redemisti:ne tradas bestiis aias cōfitentes tibi:ne derelinquas eas in finem. ¶ Ante diē sepulture pro defunctis. Secr.

Suscipe q̄sumus dn̄e misericors pr̄ oblationē quā tibi offerim⁹/ꝓ aia famuli tui. N. quā hodie de carnali corruptione liberasti:⁊ concede:vt ab oibus humane conditionis excessib⁹ his remediis expietur/⁊ in requie sēpiterna diē resurrectionis prestoletur. Per d.

¶ In oibus missis ꝓ corpore presenti/⁊ in omnib⁹ anniuersariis ⁊ trigintalibus:et in die aiarū:⁊ quādo vltimo fit seruitiū mortuorum ante pascha dr̄. hec Cōio. Pro quorū memoria corp⁹ xp̄i sumit̄ dona eis dn̄e requiē sēpiternā.℣ Et lux ꝑpetua luceat eis. Pro quorū memoria sāguis xp̄i sumit̄ dona eis dn̄e requiē sēpiternā. In oib⁹ aliis missis pro defunctis dr̄ hec Cōio. Lux eterna luceat eis dn̄e:cū sctis tuis in eternū q2 pius es.℣ R. Requiē eternā dona eis dn̄e:⁊ lux perpetua luceat eis. Et cū repetitiōe. Cū sāctis tuis i eternū q2 pius es. ¶ Scd̄m oēs libros Sar̄u ecclesie ante diē sepulture. Postcōmunio.

Presta q̄s oīp̄s deus:vt animā famuli tui. N. ab angelis lucis susceptā:in ꝑparata habitacula deduci facias beatorū. Per.

¶ In die sepulture cuiuscūq̄ corpus fuerit dicitur ista. Oratio.

Omnip̄s sēpiterne deus/miam tuā supplices depcamur:vt alam famuli tui cui⁹ corpori debitū sepulture officiū persoluim⁹:in sinū abrahe patriarche tui iubeas collocari:vt cū dies agnitiōis tue aduenerit inter sctōs ⁊ electos tuos eū resuscitari ꝑcipias. Per. Secr.

Suscipe dn̄e ꝓ anima famuli tui hostiā quā deo pr̄i obtulisti pro nobis benigne:et q̄a causa hoim descendisti de celis:te redeūte sanctorū tuor mereatur adiūgi cōsortiis. Per te saluator mundi. Qui cū deo pr̄e ⁊ spiri. Postcōio.

Presta q̄s dn̄e vt aia famuli tui cui⁹ corpori hodie officia humanitatis exhibem⁹/his sacrificiis expiata:saluationis tue perpetuo munere gratuletur. Per dn̄m.

¶ In die trigintali. Oratio.

Deus cui propriū est misereri semper ⁊ parcere:propiciare aie famuli tui:et oia ei⁹ pccā dimitte:vt mortis vinculis absolutus trāsire mereat̄ ad vitā. Per. Secr.

Intuere q̄s oīp̄s eterne de⁹:⁊ placatus suscipere dignare hoc sacrificiū qd̄ tibi offerimus ꝓ anima famuli tui:⁊ concede,illi pacem perpetuā/⁊ requiem sempiternam. Per dominū. Postcōmunio.

Prosit q̄s dn̄e anime famuli tui diuini celebratio sacramēti:vt ei⁹ i quo sperauit et credidit eternū capiat te miserāte cōsortiū Qui tecū. In anniuersariis. Orō.

Deus indulgentiarū dn̄e:da aie famuli tui cuius anniuersarium depositionis diē cōmemoram⁹ refrigerii sedē q̄etis btitudinē luminis claritatē. Per. Secreta

Propiciare q̄s dn̄e supplicationib⁹ nostris pro aia famuli tui cuius hodie annua dies agitur ꝓ qua tibi offerimus sacrificiū laudis:vt eā sctōrū tuorū cōsortio sociare digneris. Per do. Postcōio.

Presta q̄s dn̄e/vt aia famuli tui/cuius anniuersarium depositiōis diē recolim⁹ his purgata sacrificiis idulgētiā pariť ⁊ requiē capiat sēpitnā. p. Pro epis. or

Deus qui inter apl̄icos sacerdotes famulos tuos ponti:

ficali fecisti dignitate cēseri prefta q̄s: vt quorū vicē ad horā gerebāt in terris eorū ppetuo cōsortio letē tur in celis. Per dominū. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e oblationē nr̄e seruitutis/pro aiabus famulorū tuorū pōtificū supplicantes: vt cū p̄sulib⁹ apostolice dignitatis quorū sunt execuci officiū/habere mereant sempiterne beatitudinis portionē. Per. Postcō.

Proficiat q̄s dn̄e animab⁹ famulorū tuorū pōtificum diuini celebratio mysterii: vt quos in terri positos hui⁹ muneris dispēsatores esse fecisti: inter electos antistites eos iubeas connumerari. Per. Pro fratribus et sororibus.

Deus venie largitor et humane salutis amator/q̄sumus clemētiā tuā vt nr̄ar cōgregationū fratres et sorores/q̄ ex hoc seclo trāsierūt: intercedēte btā maria sēper virgine et btō michaele archāgelo cū oib⁹ scis/ad ppetue btitudinis cōsortiū puenire cōcedas. p do. Secr.

Deus cuius mie non est numerus: suscipe ppicius preces humilitatis nr̄e: et aiabus fratrū et sororū nr̄arū cōgregationū/q̄bus tui nois dedisti cōfessionē p hec sacramēta salutis nr̄e cūctorū remissionē tribue pctōrū. Per. Postcōio.

Presta q̄s omps et misericors deus: vt aie fratrū et sororū nr̄arū cōgregationū/pro q̄b⁹ hoc sacrificium laudis tue obtulimus maiestati/p huius sacramēti btutē a pctis oibus expiate/lucis ppetue te miserāte recipiant beatitudinē. Per do. Pro bn̄factorib⁹. Orō.

Omnipotēs et misericors de⁹ vnica salus mortaliū: te supplices exoram⁹ pro aiabus famulorum famularūq̄ tuarū parentū et benefactorum nostrorum: vt intercedente beata dei genitrice maria cum omnib⁹ sanctis tuis/peccator eis largiri digneris indulgētiā et in nouissimo die btē resurrectionis leticiā. Per eūdē. Secr.

Sanctifica q̄s dn̄e hec fideliū omniū vitalia sacramenta: et per ea interueniente beata dei genitrice maria cū oibus scis tuis/cōcede vt hoc ipsū proficiat aiab⁹ famulorū famularumq̄ tuarū/parētū et bn̄factor nostror: vt ab oibus viciis expiate/pabulo vite reficiātur eterne. Per eūdem Postcōio.

Vivificet nos q̄s dn̄e salutare quo pasti sumus sacramētū: et interueniente beata dei genitrice maria cū oibus scis tuis: cōcede vt hoc ipsū proficiat aiab⁹ famulor famularūq̄ tuarū/parentū et bn̄factorū nr̄or ad pmerādā tue ppiciatiōis gratiā/et pcipiēdā future resurrectiōis gloriā sempiternā. p eū. Pro sacerdote. Or.

Deus cuius mie non est numer⁹/suscipe pro aia famuli tui sacerdotis/preces nostras: et lucis ei leticieq̄ regionem/in sanctorū tuorū societate concede. Per dominum nostrum. Secreta.

Quesumus dn̄e de⁹ noster: vt oblationem quam tibi offerimus pro aia famuli tui sacerdotis placat⁹ accipias: et quē tuis altarib⁹ seruire tribuisti: ad btōrū puenire iubeas cōsortia sacerdotum. Per dominum. Postcōmunio.

Presta q̄s omps deus: per hec sacra mysteria anime famuli tui sacerdotis eterne felicitatis consortium cui donasti sacri altaris consequi ministerium. Per.

Pro quolibet defūcto. Oratio.

Deus cui soli cōpetit medicinā pstare post mortē tribue q̄s: vt aia famuli tui ab oi⁹ exuta peccatis elector tuorum societatibus aggregetur. Per dnm. Secreta.

Suscipe q̄s dñe hanc oblatio-
nem quam tibi offerim⁹ pro
aīa famuli tui: vt requiē eternam
dones ei inter sanctos et electos
tuos: quatenus illorū cōsortio ꝑ vi
ta perfruatur eterna. p. Postcōio.

Ascēdant ad te dñe p̄ces no-
stre/ꝑ per hec sācta que sum
psimus aīa famuli tui gaudia eter
na suscipiat: vt quē fecisti adoptio
nis participem iubeas heredita-
tis tue esse consortē. Per dominū.

¶ Pro amico defuncto. Oratio.

Adiuua nos deus salutaris
nr̄: et beatissime dei genitri-
cis sēp̄ꝙ virginis marie p̄cibus exo
rat⁹: aīam famuli tui i beatitudinē
sempiterne lucis cōstitue. p. Secr.

Suscipe q̄s dñe hostias pla-
cationis et laudis: quas in
honore beate dei genitricis marie
nōi tuo cōsecrādas offerim⁹: ꝑ pro
requie famuli tui/tibi suppliciter
imploramus. Per dñm. Postcōio.

Ascēdant ad te dñe p̄ces nr̄e
et anima famuli tui gaudia
eterna suscipiat ꝑ quem fecisti ado
ptionis participē: intercedente btā
dei genitrice maria: iubeas heredi
tatis tue esse consortē. p eū. ¶ Pro
defūcto morte preuento. Oratio.

Omps ꝑ misericors deus i cu-
ius potestate humana condi-
tio cōsistit aīam famuli tui q̄sum⁹
ab omnibus absolue pctis: vt peni
tentie fructū quē voluntas ei⁹ opta-
uit p̄uent⁹ morte nō pdat. p. Secr.

Satisfaciat tibi dñe q̄sum⁹ p
aīa famuli tui sacrificii pre-
sentis oblatio/ꝑ pctōrū veniā quā
quesiuit inueniat: ꝑ qd̄ officio vo-
cis implere non potuit: desiderate
penitentie fructum te largiēte per
ficiat. Per dominum. Postcōio.

Deus a quo prestatur huma
nis cordib⁹ omē qd̄ bonum
est tribue p hec scā q̄ sumpsimus:
vt sicut aīe famuli tui penitētiam
velle donasti: sic indulgentiam tri
buas miseratus optatā. Per dñm.

¶ Pro masculis familiarib⁹. Or.

Omps sēpiterne de⁹ cui nunq̄
sine spe mie supplicatur: ppi
tiare aīab⁹ famulorū tuorꝫ: vt q̄ de
hac vita in tui nōis cōfessione de-
cesserūt: sāctorū tuorꝫ numero: fa-
cias aggregari. Per dñm. Secreta.

Propiciare q̄s dñe animab⁹
famulorū tuorū p q̄bus ho-
stias tibi placatiōis offerim⁹: ꝑ qz
in hac luce i fide māserūt catholica
i futura eis vita misericordissima
retributio cōdonet. Per d̄. Postcō.

Hec nos communio dñe pur
get a crimine: ꝑ aīab⁹ famu-
lorū tuorū celestis gaudiis tribuat
cōsortiū: vt ante tribunal gl̄ie xp̄i
tui segregati cū dextris: nichil com
mune habeāt cū sinistris. Per eūd.

¶ Pro feminis familiarib⁹. Or.

Quesum⁹ dñe pro tua pieta-
te miserere animab⁹ famu-
larum tuarū: et a contagiis morta
litatis exutas/in eterne saluatio-
nis partē restitue. p do. Secreta.

His sacrificiis dñe aīe famu-
larū tuarum a pctis omnib⁹
exuātur: sine quibus a culpa nemo
liber extitit: ꝑ p̄sta/vt p hec pie pla
cationis officia/ppetuā miam con-
sequantur. Per dominū. Postcōio.

Interueniant q̄s dñe aīe fa-
mularum tuarū lucis eterne
consortiū: cuius perpetue mie cō-
secute sūt sacramentū. Per dñm.

¶ Pro femina defuncta. Oratio.

Maiestatē tuam quesum⁹ dñe
suppliciter deprecamur: vt
anima famule tue ab omnibus que
humanitus commisit exuta: i tuo-
rum censeatur sorte iustorum.
Per dominum nostrum. Secreta.

Hostias tibi dñe humili sup-
plicatiōe deferim⁹/deprecā-

tes maiestatẽ tuam: vt aia famule
tue per hec pie placationis officia
peruenire mereatᷣ ad requiem sem
piternã. Per dñm. Postcõmunio.

Presta quesum9 dñe aie famule
tue miam sempiternã: vt eã
mortalibus nexib9 expeditam: lux
eterna possideat. Per dominum.

¶ Pro trigintalibus. Oratio.

Inclina domine aurẽ tuã ad
preces nostras quibus miam
tuã supplices deprecamur vt ani-
mas famulorum famularũq tua
rum quas de hoc seculo migrare
iussisti: in pacis ac lucis regionẽ
constituas & sanctorum tuorũ in-
beas esse consortes. Per do. Secre.

Animas famulorum famu-
larũq tuarum qs dñe ab oi
bus vicijs cõditionis humane hec
absoluat oblatio: q etiã toti9 mun-
di tulit imolata pctm̃. Per. Postcõ.

Annue nobis dñe per hoc sa-
crificiũ qd sũpsimus vt aie
famulorꝫ famularꝫq tuarꝫ/ remis-
sionẽ quã sẽp optauerũt mereãtᷣ perci
pe delictorꝫ. P. Pro bñfactorib9. Or.

Miserere quesum9 dñe aiab9
oim benefactorũ nostrorꝫ de
functorum: & pro beneficijs que
nobis largiti sunt in terris pre-
mia eterna consequantur in celis.
Per dominum nostrum. Secreta.

Placeat tibi domine sacrificij
pñtis oblatio/ p nr̃a oimq
bñfactorꝫ nrõꝝ salute: quorum qua
rũq memoriam speciali affectu re-
colimus: oibusq xpianis viuis ac
defũctis miserere ppiti9. P. Postcõ.

Sumpta sacramenta dñe nos
absoluãt a vinculis pctõꝝ: et
aiab9 oiũ bñfactorũ nrõꝝ defũctoꝝ
gloria obtineãt spiritũ btõꝝ. P.

¶ Pro quiescentibus i cimiterio. Or.

Deus cui9 miseratione aie
fideliũ requiescũt aiab9 fa
mulorꝫ famularũq tuarũ oim hic
& vbiq in christo quiescentiũ: da p
picius veniã peccatorum: vt a cun
ctis reatibus absoluti: tecũ sine fi
ne letentur. Per dñm no. Secreta.

Pro animab9 famulorum fa-
mularũq tuarum oim hic &
vbiq in xpo quiescentiũ: hostiam
dñe suscipe benign9 oblatã: vt hoc
sacrificio singulari vinculis hor
rẽde mortis exuti/ vitã inuenire me
reantᷣ eternã. Per eũdẽ. Postcõio.

Deus fidelium lumẽ aiarum
adesto propicius inuocationi
bus nostris et da famulis & famu
labus tuis/ quorum corpora hic &
vbiq in christo requiescunt: refri
gerij sedem/ quietis beatitudinẽ/
luminis claritatem. Per eundem.

¶ Pro quib9 orare tenemur. Or.

Concede quesumus dñe de9
noster: vt aie famulorum fa
mularumq tuarum/ quorũ qua-
rũq commemorationem speciali
deuotione agimus: et pro quibus
orare iussi & debitores sum9 atq
omniũ bñfactorũ nostrorũ/ ac oim
cõsanguineorũ et familiariũ no-
strorũ/ cũctorũq fideliũ/ i finibus
sctõꝝ tuorũ requiescãt morꝫq ex
mortalis resuscitati tibi placeãt in
regione viuorũ. Per do. Secreta.

Hec munera qs dñe q oculis
tue maiestatis offerim9 aia-
bus famulorum famularũq tua-
rũ: quorũ quarũq cõmemoratio-
nem speciali deuotione agimus: &
pro qb9 orare iussi & debitores su-
mus: atq oim bñfactorꝫ nostrorũ
necnõ cõsanguineorũ nrõꝝ ac fa
miliariũ nostrorũ/ cũctorũq fide
lium salutaria esse concede: vt tua
pietate vinculis horrende mortis
exuti: eterne btitudinis mereãtur
esse participes. Per do. Postcõio.

Deus qui inestimabili mia
aias mortaliũ ab angustiis
trahens ad requiẽ/ propiciare sup

plicationibus nr̃is: p aiab⁹ famulor famularumq tuarũ quorũ quascũq cõmemorationẽ speciali deuotione agim⁹/pro qbus orare iussi: ꝛ debitores sumus: oim bñfactor nror/necnon cõsanguineorũ nror ac familiarũ nrorũ cũctorumq fideliũ: vt eas paradiso restituẽs in tuorũ cẽlesas sorte iustor. Per do.

Oro oib⁹ fidelib⁹ defũctis. Or.

Fidelium deus omnium conditor: ꝛ redẽptor aiabus omnium fidelium defunctorum / remissionẽ cunctorum tribue peccatorum: vt indulgẽtiam quam semper optauerunt pijs supplicationibus consequantur. Qui. Secreta.

Hostias q̃s dñe quas tibi pro aiabus oim fideliũ defunctorũ offerimus/ ppiciatus intẽde: vt quib⁹ fidei xp̃iane meritum cõtulisti/dones ꝛ premiũ. P. Postcõio.

Animab⁹ q̃s dñe omniũ fidelium defunctorũ oratio pficiat supplicantiũ vt eas ꝛ a peccatis omnibus exuas/ꝛ tue redemptionis facias esse participes. Per dominum. Oratio gñalis.

Pietate tua q̃s dñe nrorum solue vĩcula oim delictorũ: et intercedẽte btã ꝛ gl'iosa sempq vgine dei genitrice maria cũ oib⁹ sctis tuis: dñm papã reges ꝛ principes ep̃os ꝛ abbates/ꝛ oẽm plebẽ illis cõmissã: nosq famulos tuos atq loca nr̃a in oi sctitate custodi: oẽsq cõsãguinitate/ac familiaritate/vel cõfessiõe et oratione nobis iũctos: seu oẽm ppl'm catholicũ a vicijs oibus purga: virtutib⁹ illustra: pacẽ ꝛ salutẽ nobis tribue/hostes visibiles ꝛ inuisibiles remoue: pestẽ ꝛ famẽ repelle: inimicis nr̃is ꝛ amicis nr̃is verã charitatẽ/atq ĩfirmis sanitatẽ largire: ꝛ iter famulor tuor ĩ salutis tue pspéritate dispone/ꝛ oib⁹ fidelib⁹ viuis ac defũctis/in terra viuẽtiũ vitã ꝛ requiẽ eternã cõcede. Per eũdẽ. Secr.

Deus q̃ singulari corporis tui hostia totius mundi soluisti delicta: hac oblatione placatus maculas pctor nrorũ absterge: ꝛ oim xp̃ianor fideliũ viuorũ atq mortuor pctã dimitte nobisq intercedẽte btã ꝛ gl'iosa sẽpq virgine dei genitrice maria: cũ oib⁹ sctis tuis pmia eterna largire saluator mundi. Qui cum deo patre. Postcõio.

Sumpta sacramenta q̃s dñe oia crimina nr̃a detergant: oẽmq prauitatẽ ꝛ hostilẽ ĩpugnationẽ visibilẽ ꝛ inuisibilẽ seu ĩfirmitatẽ atq subitã mortẽ meritis btẽ dei genitricis sẽpq vginis marie ꝛ oim sctor tuorũ ĩtercessiõe/a nobis pcul repellãt ꝛ oib⁹ fidelib⁹ viuis ac defunctis prosint ad veniã: pro quorũ quarũq tibi sunt oblata salute. Per eũdẽ. Oratio gñalis.

Sanctissime dei genitricis sẽperq virginis marie et beatarũ omnium celestium virtutum sanctorũ quoq patriarcharũ/prophetarũ aplorũ euãgelistarũ/martyrũ/ꝯfessorũ/atq virginũ/ꝛ oim simul sctorũ tuor/q̃s op̃s de⁹ meritis ac precib⁹ placatus tribue nobis miam tuã: et da ppl'o tuo inuiolabilẽ fidei firmitatẽ ꝛ pacẽ: repelle a nobis hostẽ ꝛ famẽ ꝛ pestẽ: da nobis in tua virtute constantiã et fortitudinẽ immitte hostibus nr̃is fortitudinẽ ꝛ inalitudinẽ: retribue oib⁹ nobis bona faciẽtib⁹/vite ene btitudinẽ: da ĩimicis nr̃is: ꝛ psequentibus nos recognitonẽ: et indulgẽtiã cõcede defũctis nr̃is: ꝛ oib⁹ ĩ xp̃o qescẽtib⁹/remissionẽ oim pctor ꝛ requiẽ sẽpitnã. p eũ. Secr.

In cõspectu diuine maiestatis tue q̃s op̃s deus ĩtercedẽte sctissima dei genitrice sẽpq virgine maria: ꝛ btis oib⁹ celestibus

virtutibus/sanctis quoq patriarchis / pphetis:aplis:euangelistis:martyrib⁹:cōfessorib⁹ & virginib⁹ atq oib⁹ simul scris tuis/oblationes nre et pces acceptabiles ascendāt/& tua ptectiōe veniā nobis et pacē tribue hostē famē & pestē a nobis repelle:fidē/spē:& caritatē nobis largire:defēsione tua/nos sēp protege:hostiū nrorū supbiā & virtutē cōtere oib⁹ nobis bona faciētib⁹/gratie tue abūdātiā tribue discordātes ad pacis bona cōuerte/ defunctis nris requiē concede : et omnibus fidelibus tuis/vitā sempiternam largire. Per. Postcōio.

PEr huius sacramenti mysteriū atq virtutē:qs dne deus nr ops sācrissima dei genitrice semperq virgine maria:& btis oib⁹ celestib⁹ virtutib⁹ scris quoq ptriarchis/pphetis/aplis / euangelistis martyrib⁹/cōfessorib⁹/& virginib⁹ atq oib⁹ simul scris tuis itercedētib⁹:vicioꝝ nroꝝ macule deleant & pces nre i cōspectu maiestatis tue acceptabiles iueniant ppls q tu⁹ a pccis & hostib⁹ liberet fidei rectitudine roboret:hostiūq nrorū superbia & fortitudo psternātur pestilētie & fames,proculpellātur bona nobis faciētes gratie tue abūdātia repleantur:discordātes i fraternā pacē reuocentur defūcti nri requiē cōsequantur et oēs fideles tui vitā eternā adipisci mereātur. Per eundem. Oratio generalis.

OMniū scroꝝ tuorū itercessionib⁹ qs dne gra tua nos sēp ptege & xpianis oīb⁹ viuētibus atq defūctis mīam vbiq ptēde: vt viuētes ab oib⁹ ipugnationib⁹ sint tua opitulatione defensi/& defuncti remissionem mereantur percipere suorū oim pccōrū. P. Secr.

OBlationes nras qs dne propiciatus intende/& ob tuorū oim scroꝝ honorē veniā nobis nostrorū tribue pccōrū/& xpianis oib⁹ viuētib⁹ atq defūctis hec psēs oblatio/& psētis vite subsidia & future pmia etna acqrat. P. Postcō.

HEc sacrificia dne que sumpsim⁹ meritis & itercessionib⁹ oim scrorū tuorū:nobis ad salutē pficiant:& xpianis oib⁹ viuentib⁹ atq defunctis te fauente:etna ac tēporalia premia benigne acquirāt. Per dnm. Oratio generalis.

OMps sēpiterne de⁹ q viuorū dnaris simul et mortuorū/ oimq misereris quos tuos fide & ope futuros esse pnoscis:te suppliciter exoramus:vt p quib⁹ effūdere pces decreuim⁹:quosq vel presēs sclm adhuc i carne retinet/vel futurū iā exutos corpore suscepit: pietatis tue clemētia oim delictoꝝ suorū veniā:& gaudia cōsequi mereantur eterna. Per dnm. Secreta.

DEus cui soli cognitus est numerus electorū i supna felicitate locād⁹:tribue qsum⁹ vt vniuersorū quos in oratione cōmēdatos suscepim⁹ siue oim fideliū nomina bte pdestinatiōis liber ascripta retineat. Per Postcōmunio.

PRo celestis cōuiuij iocūditate:grās tibi referim⁹ rex et sacerdos nr maiestatē tuā humilit rogātes:vt hec sacrosctā corpis & sāguinis tui hostia non sit nobis reat⁹ ad penā sed itercessio salutaris ad veniā sit ablutio sceleꝝ/sit fortitudo fragiliū sit ɔtra oia mūdi picula firmamētū sit viuoꝝ atq mortuorū fideliū remissio oim delictoꝝ. Per te saluator mūdi. Qui.

SI quis trigintale sancti gregorij celebrare disposuerit:tūc celebret tres missas de natiui.domini. tres de epy.domini.tres de purifi.bte marie.tres de annūcia. eiusdem.tres de resur.do.tres de

ascen. do. tres de pethe. tres de tri. tres de assuptione bte marie vir. et tres de nati. eiusdem: ita q iste misse celebrent infra octa. dictorum festorum sicut i prima die cum eod. Kyrie et. Glia i excel. et Credo. et Sequentia et Prefatione Communicantes et hanc igit. Sctus. et Agn⁹ sicut cotinetur i canone. et cu illis oronibus subseq̄ntib⁹/ ita q orones subseq̄n. cu orone de festo sub vno Oremus. et sub vno. Per dnm. dicant. Et debent dici quoti. p annu Placebo. et Dirige. cu nouem ps/ et noue lc. et noue anis. nisi in tpe pascha. i quo quoti. cu trib⁹ lc. dicet: et toties dicet comedatio aiarum: ita q tam ad Placebo. q ad Dirige. sit. i. oro. De⁹ sum a spes. et etia i comedatione aiar et ad mis. de die dr pdicta oro ab eo q mis celebrat p totu annu. or

Deus summa spes nre redemptionis/ q i terra promissionis ante oes terras nasci elegisti/ morteq ibide sustinuisti: libera p piet⁹ aiam famuli tui N. de manibus demonu/ et eande terra de potestate paganorum: vt ppls qui i te no credit/ p virtute tua emendatione habeat/ et illis oibus qui in te cofi duc: p tua magna pietate succurre. Qui cu deo patre. Secreta.

Omps sepiterne deus redemptor aiaru saluadaru/ et precium redemptionis generis humani/ miserere clementer aie famuli tui. N. et q seqūd deo viciorum fallete diabolo et ppria liquitate cotraxit: tu pius et misericors abluas indulgendo: et terra qua sāguine pprio tuo dedicasti de manib⁹ inimicorum crucis eripias: vota filiorum israel ad ei⁹ liberatione instatiu/ i via salutis eterne misericorditer dirigedo. Qui viuis et re. cu deo pa. Postcō.

Deus cuius mie no est numerus/ cui soli copetit medicinis prestare post morte: q es vita viuentiu/ spes morientiu/ et sal⁹ oim i te speratiu: q terra hereditatis tue p pcta filiorum esau pollutam: pcioso sanguine tuo dignatus es cosecrare. tu aiam famuli tui N. p huius virtute sacramenti/ a pctis oibus exuas: et a penis quas p his meret eripias: et ppl̄m incredulu ac rebelle/ p gratia tua facias peculiare/ illisq oibus q in tua mia confidunt manu auxilij tui piissime largiendo. Qui viuis et regnas cu deo pre.

Prosa p defunctis qui voluerit

Dies ire dies illa: soluet seclu in fauilla/ teste dauid cu sibilla. Quantus tremor est futur⁹/ qn iudex est ventur⁹ cucta stricte discussurus. Tuba miru spargens sonu p sepulchra regionu: coget oes ante thronu. Mors stupebit et natura/ cu resurget creatura: iudicanti responsura. Liber script⁹ pferet i quo totu cotinet: vnde mud⁹ iudicet. Judex ergo cu sedebit qcqd latet apparebit: nil inultu remanebit. Quid su miser tuc dictur⁹ quē patronu rogatur⁹: du vis iust⁹ sit secur⁹. Rex treme de maiestatis q saluados saluas gratis: salua me fos pietatis. Recordare iesu pie qd su causa tue vie: ne me pdas illa die. Querens me sedisti lassus/ redemisti cruce pass⁹: tāt⁹ labor no sit cassus. Juste iudex vltionis/ donu fac remissionis āte die rationis. Ingemisco tāq reus/ culpa rubet vult⁹ me⁹: supplicāti parce de⁹. Qui mariā absoluisti/ et latrone exaudisti: michi quoq spem dedisti. Preces mee no sunt digne/ sed tu bone fac benigne: ne pēni cremer igne. Inter oues locu pstā: et ab hedis me sequestra statuēs i parte dextera. Cofutatis maledictis: flāmis acrib⁹ addictis: voca me cu benedictis. Oro supplex et aclinis: cor cōtritu quasi

finis: gere curā mei finis. Lachry
mosa dies illa qua resurget ex fa-
uilla: iudicandꝰ homo reꝰ. Huic er
go parce deꝰ pie iesu dñe: dona eis
requiē. Amē. ¶ Missa ꝓ mortalita
te euitāda quā dñs papa clemēs fe
cit & ↄstituit in collegio cū omnibꝰ
cardinalibꝰ/ & cōcessit oībꝰ peniten
tibꝰ vere cōtritis & ↄfessis sequētē
missā audiētibꝰ. cclx. dies indulgē
tie. Et oēs audiētes sequētē mis. de
bent portare i manu vnā cādelā ar
dentē dū mis. audiūt ꝑ quinq dies se
quentes et tenere eā i manu ꝑ totā
missam genibus flexis. et eis mors
subita nocere nō poterit: et hoc est
certum & approbatum in auinione
et in partibꝰ circūuicinis. Officiū.

Psal. lxxix. Recordare dñe testamen-
ti tui/ & dic angelo percu
tienti: cesset iā manꝰ tua/
vt nō desolet terra: et ne
pdas oēm aīam viuā. In tpe pasc.
Allā. ps. Qui regis israel intēde: q
deducis velut ouē ioseph. Oratio.

Deus qui nō vis mortē sed
penitētiā desideras pctōrū
ppłm tuū qs dñe ad te cōuerte ꝓpi
cius: vt dū tibi deuocꝰ existit/ iracū
die tue ab eo flagella clemēter amo
ueas. Per dñm. Lectio libri regū.

ii. xxiiii. C. In diebus illis. Immisit dñs
pestilenciam in israel/ de ma-
ne vsq ad tēpus constitutū: et mor
tui sunt de pplo a dā vsq bersabee
septuaginta milia virorū. Cumq ex
tendisset manū suā angelꝰ dñi sup
hierusalē: vt disꝑderet eā: misertꝰ
est dñs super afflictionē. Et ait an
gelo ꝑcutiēti ppłm. Sufficit nunc/
cōtine manū tuā. Erat autē angelꝰ
dñi iuxta areā areuna iebusei. Di-
xitq dauid ad dñm: cū vidisset an-
gelū cedētē ppłm. Ego sū q pecca-
ui: et ego inique egi. Isti q oues sūt:
qd fecerūt? Vertat obsecro manus
tua cōtra me: et cōtra domū patris
mei. Venit autē gad propheta dñi
ad dauid in die illa: & dixit ei. Ascē
de & cōstitue altare dño: i area areu
na iebusei. Et ascēdit iuxta sermo
nē gad: quē preceperat ei dñs. Gr.
Misit dñs vbū suū & sanauit eos: Psal. cvi.
et eripuit eos de interitu eorū. V.
Confiteātur dño mie eiꝰ: & mirabi
lia eius filijs hoīm. Allā. V. Sal-
uabo ppłm meū i medio hierłm: &
ero eis i deū i vitate & iusticia. Seq.

Iubilemꝰ pia mente voci cor
de concinātes: trinitatē collau
dātes. Patrē prolēq pcemur sāctū
pneuma veneremur laudis melos
cōcrepātes. Oēs vna proclamemꝰ
sūmū deū implorēmꝰ: misereri vt di-
gnet. Cor grauat mens languescit
iam gens meret & plangescit pestis
morsū dū veretur. Aura ledit furit
pestis/ morbus vrit nulla messis
spes salutis redditur. Mare fluit
mixtū felle/ iā tēpestas iā procelle:
plebs vbiq ꝑimitur. Si pro malis
irascaris tēpus est vt reuertaris:
pie iesu miserere. Leo lustrās oues
querit: nisi pressis omis perit: bone
pastor nos tuere. Terra mare fir-
mamento: queq parent elementa:
tuo facta numine. Mare nouit te
calcantē: dum te sentit ambulātem
facta ferē flumine. Cuncta sistunt
te iubēte: nō mouentur sed repēte:
redduntur pacifica. Toto nisu tota
cura: oīs laudat te factura: o virtꝰ
almifica. Aura mitte nobis letas:
pestes prece procul pelle. Transfer
nos ad vite metas: ne nos turbent
tot procelle. Olim culpa nos ligati
respirantes cedimus. Corde me-
sto flagellati/ tibi soli credimus.
Lex antiqua transgressores conuer-
sos eripuit. Tue legis abusores/
pie dum corripuit. Ioab abner per
sequente: et hunc armis insequen-
te: prece datur venia. Ioab vitam
consecutꝰ: nocte viā trāsit tutus: ꝑ

montis cacumina. Dauidi prophetico/vita datur termino/pro delicto graui. Tersum fugit facinus: dum fatetur vocibus inquiens peccaui. Ezechias reddit fletum et pctm̄ est deletū: statim vt penituit. Fletū fecit ⁊ profecit/sibi deus hinc adiecit: annos ⁊ cōstituit. Mitis hester pie mentis/pro salute sue gentis/ assuerum adijt. Hinc fit salus mardocheo/ crux equatur aman reo q̄ suspensus periit. Uirtus iudith de supernis/diua dum illuminat. Caput aufert olofernis: et captiuos liberat. Mater ergo summi regis/tibi natus xp̄s verus. Uos signauit vmbra legis: hester tu hic assuer⁹. Uirgo natū intercede: vt afflictos liberet. Saluet hos a pestis cede: quos pie redimeret. Uirgo mr̄ maris stella fons ortorum verbi cella ne nos pestis aut procella pctōres obruant. Eya mater terge fletū/tēpestatis tolle fretum/cor mestorū redde letū/iam preces subueniant. Proles parcit si peroras/mater ergo rumpe moras: posce tuū filiū. Aura feda rumpēs pestis simul cadant cōfer mestis/salutis auxiliū. Nostros tuus ipse natus: tollat penas et reatus: nobis prestans consolamē. Qui regni sempiterni: vbi ciues sunt superni/personem⁹ oēs amen. Secundum lucam.

iiii. A I N illo tempore. Surgens iesus de synagoga introiuit in domum symonis. Socrus autē symonis tenebatur magnis febrib⁹. Et rogauerunt illū pro ea. Et stās sup illā imperauit febri et dimisit illā. Et continuo surgens ministrabat illis. Cū sol autē occidisset oēs qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebant illos ad eum. At ille singulis manus iponēs: curabat eos. Exibāt autē demonia a multis: clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: q̄a sciebant ipsū esse christū. Facta autem die egressus ibat i desertum locū. Et turbe requirebant eū: ⁊ venerunt vsq ad ipsum. Et detinebāt eū: ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dei. Quia ideo miss⁹ sum. Et erat predicans in synagogis galilee. Offer. Stetit pōtifex in Joh. ter mortuos et viuētes habēs thu v. A ribulum aureū in manu sua: ⁊ offerēs incēsi sacrificiū placauit iram dn̄i ⁊ cessauit plaga a domo ⁊ a populo israel. In tpe pasc. All. Secr.

S Ubueniat dn̄e q̄s plebi tue sacrificij presentis operatio/q̄ nos ab errorib⁹ ⁊ terrorib⁹ vniuersis potēter absoluat: ⁊ a totius custodiat ⁊ defendat pditionis icursu. Per. Com. Multitudo languentiū xlv. A ⁊ qui vexabantur a spiritib⁹ imundis veniebāt ad iesum: q̄a virt⁹ de illo exibat ⁊ sanabat oēs. Postcōis

E Xaudi nos de⁹ salutaris noster: et intercedēte btā dei genitrice maria: populū tuū ab iracūdie tue horrorib⁹ liberū: et in misericordia tua fac tua largitate securum. P. Istud euange. cōpositū fuit p Jo. pa. xxij. apud Auinionē tertio die ante decessum suū pro quo cōcessit oib⁹ illud dicētib⁹ vel audiētibus vere confessis ⁊ cōtritis trecentos dies indulgē. Passio domini nostri iesu christi secūdum Johannē.

xix. A I N illo tēpore. Apprehēdit pylatus iesum ⁊ flagellauit eū. Et milites plectētes coronā de spinis: iposuerūt sup caput eius: et veste purpurea circūdederūt eū: ⁊ veniebāt ad eū ⁊ dicebāt. Aue rex iudeorū. Et dabāt ei alapas: expuentes in eū. Et acceperunt arundinē: et pcutiebāt caput ei⁹. Susceperūt autē milites iesum: et baiulās sibi

crucē/exiuit i illū locū/qui dicitur caluarie/& ibi crucifixerūt/eū. Et cum eo alios duos hinc & hinc:me diū aūt iesū. Postea aūt sciens ies⁹ oia q̄ ventura erāt:dixit. Sitio. Illi aūt spōgiā plenā aceto ysopo cir: cūponētes obtulerūt ori ei⁹. Et cū gustasset/noluit bibere: sed dixit. Cōsūmatū est. Et inclinato capite emisit spiritum. Et statim terra tremuit/& sol obscurat⁹ est/& velū tē: pli scissū est/& petre scisse sūt/& monumēta aperta sūt/& q̄ dormierāt surrexerūt. Que cū vidisset centu: rio/dixit. Uere filius dei erat iste. Tādē vn⁹ militū lācea latus eius aperuit:& cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Et q̄ ista vidit/ testimoniū phibuit:& scim⁹ q2 verū est testimoniū eius. Dn̄s vobiscū. Oremus.

Domine iesu xp̄e q̄ man⁹ tuas & pedes tuos & totū corpus tuū p̄ nob; pctōrib⁹ i ligno crucis posuisti:& coronā spinarū a iudeis i despectu tui sacratissimi corporis sup caput tuū impositā sustinuisti & qnq3 vulnera p̄ nobis pctōrib⁹ i crucis patibulo pass⁹ fuisti:& nos de sacro sāguine tuo redemisti:da nobis q̄s dn̄e hodie & quotidie vsū penitētie/abstinentie/patientie hu militatis/castitatis / lumen / sen: sū/& intellectū:et verā sciētiā vsq3 i finē. Per te iesu xp̄e saluator mū di rex gl̄ie. Qui cū patre. ¶ Missa de sctō sebastiano tempore pestis.

Eccl. Egregie martyr sebastiane pˀriceps & propagator sāctissimorū pˀrecepˀrorum:ecce nomē tuū i libro vite celestis ascriptū est & memoriale tuū non derelinquet i scl̄a.

Psal. xxxiii. Ps Benedicā dn̄m:i oi tēpore. Or.

Omnipotens sempiterne deus: qui meritis beati sebastiani martyris tui gl̄iosissimi quādā gn̄alē pestē epydimie hoibus pestiferā reuocasti p̄sta supplicibus tuis:vt q̄ pro simili peste reuocanda ad ipsū sub tui cōfidētia cōfugerint: ipsi⁹ meritis & p̄cibus ab ipsa peste epydimie et ab oi tribulatione liberentur. p̄ do. Epl̄a. Ecce tūs vir qui in sa. in cōi. fo.iii. Gr. O sctē sebastiane Eccle oro ec christi athleta gl̄iosissime qui pro omnia xp̄o reliq̄sti terrene militie pˀrinci: infra. patū & suscepisti magnū supplicium intercede pro nobis ad dominū. V. O sancte sebastiane christi martyr egregie:cuius meritis tota lombardia fuit liberata a peste mortifera libera nos ab ipsa:& a maligno hoste. Alla. V⁹. O sancte sebastiane nos trementes ac flētes iplorām⁹ tuū clemēs auxiliū:vt possim⁹ obtinere p̄ te pestis mortifere apud xp̄m remediū. In tp̄e pascha. scdm Alā. V⁹. O q̄ gloriosū est templū tuū btē sebastiane i quo diuina est p̄missio & pctōrū remissio splēdor et lux perpetua & sine fine leticia.

